si velit, facilè est valdéque expeditũ, cœno & graueolentia, stercore & fœditate illa liberare. Quare enim ô homo, diuitiæ tibi magnopere expetendæ videntur? propter voluptatẽ omnino quæ è mẽsis hauritur? propter honorem & comitatum eorum, qui his rebus te colunt? propter potestatẽ vlciscendi qui te offenderint, & vt omnibus sis terrori? neq; enim alias causas afferre poteris, quàm voluptatem, adulationem, terrorem & vltionẽ. nam neq; sapientiorem, neque temperantiorem, neq; mitiorem, neq; prudentiorem omnino diuitiæ efficere solent; non benignum, non humanum, nõ iræ potentẽ, non ventri imperantẽ, non voluptatib. superiorem; nõ moderationem docent, nõ contractionem, nõ aliquã aliam virtutis partem in animũ inducunt & inserunt.

Neq; dicere poteris, ob quã nam ex istis earum adeò studiosus sis & cupidus. Nam non modò nõ nôrunt plantare aut serere quidquam bonorũ, sed etiam si recondita inueniant, vastant, impediunt, & vt emarcescãt, efficiunt. quædã enim euellunt, iisq; cõtraria inducunt, luxum immoderatum, confidentiam importunam, iram iniustam, vecordiam, superbiam, amentiam. Verùm de his nõ dicã. Qui enim hoc morbo correpti sunt, non sustinerẽt audire de virtute & vitio, si accusarẽtur simul & conuincerẽtur, cùm in voluptate toti sint, ideoq; eius facti serui. Agè igitur missa interim de his disputatione, quæ reliqua sunt, in medium adferamus, ac videamus, num quã diuitiæ voluptatẽ habeãt, num quẽ honorẽ. omnia enim cõtraria video. Ac si vultis, primùm

οὐδὲ ἂν ἔχοις εἰπεῖν διὰ τί τούτων περισπούδαστος ἐστί σοι καὶ ποθεινὸς οὗτος. οὐ γὰρ δὴ μόνον οὐδὲν οἶδε φυτεύειν ἢ γεωργεῖν τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ κἂν ἀποκείμενα εὕρῃ, λυμαίνεται καὶ κωλύει καὶ καταμαραίνει· ἔνια δὲ καὶ ἀνασπᾷ· καὶ τὰ ἐναντία τούτων ἐπεισάγει, ἀκολασίαν ἄμετρον, θυμὸν ἄκαιρον, ὀργὴν ἄδικον, ἀπόνοιαν, ὑπερηφανίαν, ἄνοιαν. ἀλλὰ μὴ εἴπω περὶ τούτων. οἱ γὰρ τῇ νόσῳ ταύτῃ ἑαλωκότες οὐκ ἀνάσχοιντο περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀκούοντες, τῆς ἡδονῆς ὄντες ὅλοι, καὶ διὰ τοῦτο αὐτῆς γενόμενοι δοῦλοι, κατηγορουμένων αὐτῶν ὁμοῦ καὶ ἐλεγχομένων. φέρε οὖν τέως τὸν περὶ τούτων λόγον ἀφέντες, τὰ λοιπὰ εἰς μέσον ἀγάγωμεν, καὶ ἴδωμεν, εἴ τινα ἡδονὴν ὁ πλοῦτος ἔχει, εἴ τινα τιμήν. τοὐναντίον γὰρ ἅπαν ὁρῶ. καὶ εἰ βούλεσθε, πρῶτον τὰς τρα-

πέζας

τράπεζας τῶν πλουτούντων καὶ πενομένων ἐξετάζωμεν, καὶ ἐρώμεθα τοὺς ἑστιωμένους, τίνες μάλιστά εἰσιν οἱ καθαρὰν καὶ γνησίαν καρπούμενοι ἡδονήν; οἱ πρὸς διαμεμετρημένην τὴν ἡμέραν ἐπὶ τῶν στιβάδων κατακείμενοι, καὶ τὰ δεῖπνα τοῖς ἀρίστοις συνάπτοντες, καὶ τὴν γαστέρα διαῤῥηγνύντες, καὶ τὰς αἰσθήσεις πηροῦντες, καὶ τῷ ὑπερόγκῳ τῶν ἐδεσμάτων φορτίῳ τὸ πλοῖον καταποντίζοντες, καὶ ὑπέραντλον ποιοῦντες τὴν ναῦν, καὶ καθάπερ ἐν ναυαγίῳ τῷ σώματι κατακλύζοντες αὐτήν, καὶ πέδας, καὶ χειροπέδας, καὶ γλωσσοπέδας ἐπινοοῦντες, καὶ ἅπαν αὐτῶν καταδεσμοῦντες τὸ σῶμα, ἀλύσεως σιδηρᾶς χαλεπωτέρῳ δεσμῷ τῷ τῆς μέθης καὶ τῆς τρυφῆς, καὶ μήτε ὕπνον αἱρούμενοι γνήσιον καὶ εἰλικρινῆ, μήτε ὀνειράτων ἀπηλλαγμένοι φοβερῶν, τῶν τε μαινομένων ὄντες ἀθλιώτεροι, καὶ αὐθαίρετόν τινα δαίμονα ἐπεισάγοντες

in mensas diuitum & pauperum inquiramus, dicamusq́; vescentes quinã maximè pura & liquida perfruantur voluptate? qui ad dimensum diem super toros accumbunt, cœnas cum prandiis copulãt, ventrem disrumpunt, sensus deprauãt, immodico eduliorum onere nauigiũ demergunt, sentinam inexhaustam & exundantem reddunt, & tanquam in corporis naufragio nauem vndis obruunt, pedicas, manicas, & linguæ vincula nectunt, totumq́; corpus suum vinciunt vinculo ebrietatis & luxus grauiore quã ferrea catena, ac nec sincerum & purũ capiunt somnũ, neq; ab horribilibus insomniis liberi sunt, furentibusq́; miseriores, voluntarium quendã dæmonem in ani-

mum inducunt, risui spectantium famulorum expositi, imò verò etiam luctui & lacrimis meliorum inter eos; nihil rerum præsentium sciunt, neque dicere quid, neq; audire possunt, sed inter gestantium manus à toris ad lectulum feruntur? an verò sobrij, vigilantes, quique modum necessitate definiunt, secundis ventis nauigant, ac pro maximo oblectamento tam in cibis quàm in potu famem & sitim habent? Nihil enim ita & ad voluptatem & ad sanitatem facit, vt esurientem ac sitientem, ita demum quæ apponuntur capessere, solam necessitatem pro satietate ducere, neque eius limites transilire, neque corpori maius quàm ferre posßit, onus imponere. Quòd si orationi meæ non habes fidem, consule vtrorumque corpora,

τῇ ψυχῇ, καὶ γέλως προκείμενοι τῷ θεάτρῳ τῶν οἰκετῶν, μᾶλλον δὲ καὶ τραγῳδία καὶ δακρύων ὑπόθεσις τοῖς ἐπιεικεστέροις αὐτῶν, καὶ μηδὲν εἰδότες τῶν παρόντων, μήτε εἰπεῖν τι καὶ ἀκοῦσαι δυνάμενοι, ἀλλὰ φοράδην ἀπὸ τῶν στιβάδων ἐπὶ τὴν κλίνην ἀγόμενοι; ἢ οἱ νήφοντες καὶ οἱ ἐγρηγορότες, καὶ τῇ χρείᾳ τὸ μέτρον ὁρίζοντες, καὶ ἐξ οὐρίας πλέοντες, καὶ μέγιστον ἥδυσμα τὸ πεινῆν καὶ διψῆν ἔχοντες ἐπί τε τῶν σιτίων ἐπί τε τῶν ποτῶν; οὐδὲν γὰρ οὕτω καὶ ἡδονὴν καὶ ὑγείαν ἐργάζεται ὡς τὸ πεινῶντα καὶ διψῶντα, οὕτως τῶν προκειμένων ἅπτεσθαι· καὶ κόρον εἰδέναι τὴν χρείαν μόνην, καὶ μὴ ὑπερβαίνειν ταύτης τὰ σκάμματα, μηδὲ μεῖζον τῆς δυνάμεως ἐπιτιθέναι τὸ ἄχθος τῷ σώματι. εἰ δ' ἀπιστεῖς μου τῷ λόγῳ, καταμάθε τὰ ἑκατέρων σώματα,

καὶ

καὶ τὴν ἑκάστου ψυχήν. οὐχὶ τὰ μὲν τῶν οὕτω διαιτωμένων συμμέτρως (μὴ γάρ μοι τὸ σπανιάκις συμβαῖνον εἴπῃς, καὶ εἴ τινες ἀσθενεῖς εἶεν ἐκ περιστάσεως ἑτέρας τινὸς, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀεὶ καὶ συνεχῶς συμβαινόντων τὰς ψήφους λάμβανε) οὐχὶ τῶν μὲν συμμέτρως ἑστιωμένων εὔρωστα τὰ σώματα, καὶ τετρανωμέναι αἱ αἰσθήσεις τὴν οἰκείαν χρείαν πληροῦσι μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας· ἐκείνων δὲ πλαδαρὰ καὶ παντὸς κηροῦ μαλακώτερα, καὶ ἑσμῷ νοσημάτων πολιορκούμενα; καὶ γὰρ καὶ ποδάγραι ταχέως αὐτοῖς ἐφίπτανται, καὶ τρόμος ἄκαιρος, καὶ γῆρας ἄωρον, καὶ κεφαλαλγίαι, καὶ διαστάσεις, καὶ στομάχων πηρώσεις, καὶ ὀρέξεως ἀναίρεσις, καὶ διηνεκῶς δέονται ἰατρῶν, καὶ συνεχῶν τῶν φαρμάκων, καὶ καθημερινῆς τῆς θεραπείας. ταῦτα οὖν ἡδονῆς; εἰπέ μοι. Καὶ τίς ἂν εἴποι

τῶν

& singulorum animam. Nónne ita moderatè viuentium (ne enim mihi, quod rarò contingit, dicas, & si qui ex alia quadã circumstantia agri sunt, sed ex iis, quæ semper & continenter eueniunt fer sententiam) nónne, inquam, moderatè vescẽtium bene firma sunt, ac sensus integri quiq; magna cum facilitate vicem suam impleant; illorũ verò nimio humore vitiata omni cera molliora, & agmine morborum obsessa. Nam & podagræ celeriter inuadunt, & timor importunus, & senectus immatura, & capitis dolores, distensiones & stomachorum deprauationes, appetitus amißio; perpetuis indigent medicis, continuis medicamentis, & curatione quotidiana. Hæc igitur voluptuosa sunt? dic mihi. Ecquis sciens

dicet

quid tandem sit voluptas, dicet esse? voluptas enim percipitur, cũ praeeunte cupiditate fructus sequitur: quòd si fructus quidem extet, cupiditas verò nusquã appareat, voluptas euanescit & extincta est. Quapropter etiam ægri quanquã suauissimos appositos cibos, cũ nausea degustant, sibiq́; molestiam exhiberi opinantur: quoniam abest cupiditas quæ fructum iucundissimum reddit. Neq; enim ciborum natura, neq; potus, sed vescentiũ appetitus cupiditatem parere solet, & vt voluptatem afferat à natura comparatus est. Idcirco sapiens quidam vir, qui voluptatem accuratè cognitam habuit, atq; hæc disceptare potest, dicebat; Anima saturata calcabit fauum; vt ostenderet non in natura cibi, sed in vescẽtium affectione volu-

τῶν εἰδότων ὅ, τί ποτέ ἐστιν ἡδονή; ἡδονὴ γὰρ γίνεται τότε, ὅταν ἐπιθυμίας ἡγουμένης ἀπόλαυσις ἕπεται· ἂν δὲ ἀπόλαυσις μὲν ᾖ, ἐπιθυμία δὲ μηδαμοῦ φαίνηται, τὰ τοῖς ἡδονῆς οἴχεται καὶ ἠφάνισται. διά τοι τοῦτο καὶ οἱ νοσοῦντες, καί τοι σιτίων περιεσπουδάστων αὐτοῖς προκειμένων, ναυτιῶντες, καὶ ἐνοχλεῖσθαι δοκοῦντες, οὕτως αὐτῶν ἀπογεύονται· ἐπειδὴ ἐπιθυμία οὐκ ἔστιν ἡ τὴν ἀπόλαυσιν ἡδίστην ποιοῦσα. οὔτε γὰρ ἡ τῶν σιτίων φύσις, οὔτε ἡ τῶν ποτῶν, ἀλλ' ἡ τῶν ἐσθιομένων ὄρεξις τὴν ἐπιθυμίαν τίκτειν εἴωθε, καὶ τὴν ἡδονὴν ἐργάζεσθαι πέφυκε. διὰ τοῦτο καί τις σοφὸς ἀνὴρ τὰ περὶ τῆς ἡδονῆς ἀκριβῶς εἰδὼς καὶ φιλοσοφεῖν ταῦτα ἐπιστάμενος, ἔλεγε· ψυχὴ ἐμπεπλησμένη κηρίοις ἐμπαίζει· δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐν τῇ φύσει τῆς τραπέζης, ἀλλ' ἐν τῇ διαθέσει τῶν ἐσθιομένων τὰ τῆς ἡδονῆς

γῆς ἕστηκε. διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης τὰ ἐν Αἰγύπτῳ θαύματα καὶ τὰ ἐν τῇ ἐρήμῳ καταλέγων, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο εἴρηκεν, ὅτι ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτούς. καίτοι γε οὐδαμοῦ μέλι φαίνεται πέτρα αὐτοῖς ἀναβλύσασα. τί οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον; ἐπειδὴ πολλῷ κατειργασμένοι τῷ καμάτῳ καὶ τῇ ὁδοιπορίᾳ, καὶ σφοδρῷ κατεχόμενοι τῷ δίψει, ψυχροῖς τοῖς νάμασι περιέπιπτον, ἀντὶ ἡδύσματος μεγάλου τὸ διψῆν ἔχοντες, τὴν ἡδονὴν τῶν ναμάτων ἐκείνων παραστῆσαι βουλόμενος, μέλι τὸ ὕδωρ ἐκάλεσεν, οὐχ ὡς τῆς φύσεως εἰς μέλι μεταβληθείσης, ἀλλ᾽ ὡς τῆς ἡδονῆς τοῦ ὕδατος ἁμιλλωμένης ἐκείνῃ τῇ γλυκύτητι διὰ τὸ διψῶντας τότε περιπεσεῖν τοὺς ἀπολελαυκότας αὐτοῦ. ὅταν τοίνυν ταῦτα τοῦτον ἔχοι τὸν τρόπον, καὶ μηδεὶς ἀντιλέγειν δύναιτο, κἂν σφόδρα ἀναίσθητος ᾖ· οὐκ εὔδηλον

ptatem consistere. Quam ob caussam etiam propheta cùm miracula in Ægypto & in solitudine edita recenseret inter alia hoc quoq; dixit; De petra melle saturauit eos. atqui nusquam apparet petram eis mel fudisse. quid ergo est quod dixit? quandoquidem multo confecti labore & itinere, vehementiq; conflictati siti, in frigidas aquas inciderunt, & pro magna oblectatione habuerunt bibere, vt voluptatem aquarum illarum repræsentaret aquam vocauit mel, non quod eius natura in mel commutata fuisset, sed quod voluptas aquæ certaret cum illa dulcedine, quia sitibundi in eam incidissent, qui biberunt. Quæ cùm ita sint, nemoq; contradicere possit, etiamsi valde sit stupidus; an non

clarum est, puram, liquidam, & ingẽtem voluptatem esse in mensis pauperum? in mensis autem diuitum, molestiam, fastidium, spurcitiem? atq; vt sapiens ille vir dixit, etiam dulcia molestiam præbere videntur. At diuitiæ, dicet quispiam, faciunt vt possessores earum honorentur, atq; inimicos vlcisci facilè poßint. Proptereáne igitur, dic mihi, expetendæ & omnibus opibus ac viribus comparandæ vobis videntur diuitiæ, quòd grauißimas nutriant in vobis ægritudines, dum iram ad effectum perducunt, insanum gloriæ amorem quasi quasdã bullas in maiorem tumorẽ efferunt, ad flagitiosam vitã excitãt & exstimulãt? Has ergo maximè ob caussas eæ nõ retrouersa facie fugiendæ sunt, quòd feroces quasdã ac sæuas bestias in animum nostrũ introducunt: ac vera qaidem, & quæ

ὅτι παρὰ ταῖς τῶν πενήτων τραπέζαις ἡ καθαρὰ καὶ εἰλικρινὴς καὶ σφόδρα ἡδονή; ἐν δὲ ταῖς τῶν πλουσίων ἀηδία, καὶ βδελυγμία, καὶ μολυσμός; καὶ καθὼς εἶπεν ὁ σοφὸς ἐκεῖνος ἀνήρ, καὶ τὰ ἡδέα παρενοχλεῖν δοκεῖ. Ἀλλὰ τιμᾶσθαι παρασκευάζει τοὺς ἔχοντας ὁ πλοῦτος φησί, καὶ ἐχθροὺς ἀμύνασθαι μετ᾽ εὐκολίας. διὰ τοῦτο οὖν εἰπέ μοι ποθεινὸς ἡμῖν καὶ περιμάχητος εἶναι δοκεῖ, ὅτι τὰ χαλεπώτατα ἐν ἡμῖν τρέφει πάθη, ὀργήν τε εἰς ἔργον ἐξάγων, καὶ τῆς δοξομανίας τὰς πομφόλυγας εἰς μείζονα ὄγκον ἐπαίρων, καὶ πρὸς ἀπόνοιαν ἀλείφων τε καὶ διεγείρων; διὰ ταῦτα μὲν οὖν μάλιστα ἀμεταστρεπτὶ φεύγειν αὐτὸν χρή, ὅτι θηρία τινὰ ἄγρια καὶ χαλεπὰ εἰς τὴν διάνοιαν εἰσοικίζει τὴν ἡμετέραν· τῆς μὲν ὄντως τιμῆς τῆς παρὰ

πάντων

πάντων ἀποστερῶν· τὴν δὲ ἐναντίαν ἐκείνης, τοῖς ἐκείνης χρώμασιν ἀναχρωννύς, καὶ οὕτω προσάγων τοῖς ἠπατημένοις, καὶ πείθων ταύτην ἐκείνην εἶναι νομίζειν οὐκ οὖσαν τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ ὄψει δοκοῦσαν εἶναι. Καθάπερ γὰρ τὰ κάλλη τῶν ἑταιριζομένων γυναικῶν ἐπιτρίμμασι καὶ ὑπογραφαῖς συγκείμενα, κάλλους μὲν ἀπεστέρηται, τὴν δὲ αἰσχρὰν ὄψιν, τὴν δυσειδῆ καλλίω τε καὶ εὐειδῆ εἶναι ποιεῖ παρὰ τοῖς ὑπ᾽ αὐτῆς ἠπατημένοις, οὐκ οὖσαν καλήν· οὕτω δὴ καὶ ὁ πλοῦτος τὴν κολακείαν βιαζόμενος τιμὴν δεικνύναι. μὴ γάρ μοι τὰς ἐν τῷ φανερῷ διὰ φόβον καὶ θωπείαν γινομένας εὐφημίας ἴδῃς (αὗται γάρ εἰσι τὰ χρώματα, καὶ αἱ ἐπιγραφαὶ) ἀλλὰ τὸ ἑκάστου συνειδὸς τῶν τὰ τοιαῦτά σε κολακευόντων ἀνάπτυξον, καὶ ὄψει μυρίους ἔνδον καταβοῶντάς σου κατηγόρους, καὶ

στοῦ

apud vniuersos conciliari solet, gloria nos fraudant, eiq́; contrariam coloribus illius fucatam deceptis offert, ac suadet vt hanc illam esse existimemus, cùm ex natura sua non sit, sed specie tenus esse videatur. Vt enim pulchritudo meretricum fucis & pigmentis comparata, pulchritudine destituta, turpem ac deformem faciem, pulchram & formosam esse facit apud illos, qui eâ decipiuntur, cùm pulchra non sit: ita etiam diuitiæ adulationem, à qua honorem extorquent. Ne enim apertas & ex metu blanditiisque profectas laudes intuearis (hæ enim sunt colores & pigmenta) sed eorum, qui ita tibi adulantur, vniuscuiusque conscientiam aperi, & videbis intus infinitos accusatores, qui

contra te vociferentur, teq; magis auersentur, & oderint, quàm inimicissimi & infestissimi quique. Ac si quando indutam ex isto metu laruam superueniens mutatio rerum sustulerit ac detexerit; tum clarè videbis te omni superiori tempore in maximo fuisse contemptu apud eos, qui te colebant, tibique visum esse honore affici ab iis, qui te maximè oderãt, infinitisq; apud animũ conuitiis proscindebant, & in extremis calamitatib. videre cupiebant. Honorem enim nihil ita conciliare solet, vt virtus; honorem nõ coactum, honorem non fictum, neque larua aliqua fallacia tectum, sed verum & genuinum, quiq; nulla temporum difficultate refutetur. At vlcisci vis, qui te offenderunt. hanc ipsam ob

τῶν μάλιστα ἐχθρῶν, καὶ πολεμίων μᾶλλον ἀποστρεφομένους, καὶ μισοῦντας, καὶ εἴ ποτε τὸ ἐκ τοῦ φόβου τούτου συγκείμενον προσωπεῖον μεταβολὴ πραγμάτων ἐπελθοῦσα ἀφανίσειέν τε καὶ διελέγξειε, καθάπερ τὰς ὄψεις ἐκείνας ἥλιος θερμότερον ἀκτῖνα ἀφεὶς, τότε ὄψει καλῶς ὅτι παρὰ πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ἐν ἐσχάτῃ μὲν ἦς ἀτιμίᾳ παρὰ τοῖς θεραπεύουσι, τιμῆς δὲ ἐνόμιζες ἀπολαύειν ὑπὸ τῶν μάλιστα μισούντων σε, καὶ μυρίαις σε κατὰ διάνοιαν πλυνόντων λοιδορίαις, καὶ ἐν ἐσχάταις σε συμφοραῖς ἐπιθυμούντων ἰδεῖν. τιμὴν γὰρ οὐδὲν οὕτως εἴωθε ποιεῖν, ὡς ἀρετὴ, τιμὴν οὐκ ἠναγκασμένην, τιμὴν οὐ πεπλασμένην οὐδὲ προσωπείῳ τινὶ φενακισμοῦ κεκρυμμένην, ἀλλὰ ἀληθῆ καὶ γνησίαν, καὶ οὐδεμιᾷ καιρῶν δυσκολίᾳ ἐλεγχομένην.

Ἀλλ' ἀμύνασθαι βούλει τοὺς λελυπηκότας. καὶ δι' αὐτὸ μὲν οὖν

τοῦτο μάλιστα, καθάπερ ἔφθην εἰπών, φευκτὸς ὁ πλοῦτος. κατὰ γὰρ σαυτοῦ τὸ ξίφος ὠθεῖν σε παρασκευάζει, καὶ βαρυτέρας τὰς ἐν τῷ μέλλοντί σοι καθίστησιν εὐθύνας, καὶ ἀφορήτους ποιεῖ τὰς τιμωρίας. τοσοῦτον γὰρ κακὸν τὸ ἀμύνασθαι, ὅτι καὶ θεοῦ φιλανθρωπίαν ἀνεκαλέσατο, καὶ δοθεῖσαν ἤδη ἁμαρτημάτων ἀπείρων συγχώρησιν ἠκύρωσεν. ὁ γὰρ μυρίων λαβὼν ταλάντων τὴν ἄφεσιν, καὶ ἀπὸ ψιλῆς παρακλήσεως, τοσαύτης ἀπολαύσας δωρεᾶς, ἐπειδὴ ἑκατὸν δηναρίων ἀπαίτησιν ἐποιεῖτο παρὰ τοῦ συνδούλου, τοῦτ' ἔστιν, ἐπειδὴ τῶν εἰς αὐτὸν πλημμελημάτων ἀπῄτει δίκας, ἐν τῇ περὶ τὸν ὁμόδουλον σφοδρότητι, καθ' ἑαυτοῦ τὴν καταδίκην ἐξήνεγκε. καὶ δι' ἕτερον μὲν οὐδὲν, διὰ τοῦτο δὲ μόνον καὶ τοῖς βασανισταῖς παρεδίδοτο, καὶ ἐστρεβλοῦτο, καὶ τὰ μυρία τάλαντα ἀπαιτεῖσθαι ἐκελεύετο:

caussam maximè, quemadmodũ antè dixi, fugiendæ sunt diuitiæ. Efficiunt enim vt ensem in teipsum adigas, & grauiores in futuro rationes tibi reddunt, & intolerabiles pœnas parant. Tantum namq; malum est vltio, vt etiam Dei benignitatem reuocauerit, & iam datam infinitorum peccatorum veniam fecerit irritam. Nam qui decies mille talentorum condonationem adeptus, soláque obtestatione tantam gratiam cõsecutus fuerat, cùm centum denarios exigeret à conseruo, hoc est, cùm delictorum aduersus se admissorum pœnas reposceret, sæuitia erga conseruum suum, seipsum damnauit. Neque vllam aliam, nisi hanc ob rem tortoribus traditus, & cruciatus, & decies mille talenta reddere iussus est: nul-

nullum veniæ aut excusationis locum inuenit, sed acerbißimū supplicium perpessus est, iussus totum soluere debitum, quòd præueniens Dei benignitas condonauerat. Proptereáne igitur diuitiarū adeò cupidus es, quòd te facilè ad eiusmodi peccatum perducunt? Atqui ob id eæ tanquam inimicæ & hostes, atq; infinitis refertæ cædibus, auersandæ sunt. At paupertas, inquit, molestias creat, ac sæpe etiā facit vt maledica in Deum verba effutias, ac illiberalia negotia suscipias. Non paupertas, sed pusillanimitas. nā & Lazarus pauper erat, & admodum quidem pauper; paupertati accedebat aduersa valetudo omni paupertate acerbior, quæ paupertatē quoq; reddebat grauiorē; aduersæ valetudini solitudo & penuria eorum, qui astarent

καὶ συγγνώμης οὐδεμιᾶς οὐδὲ ἀπολογίας ἀπήλαυεν ἀλλὰ τὰ ἀνήκεστα ἔπαθε, κελευσθεὶς ἅπαν καταθεῖναι τὸ χρέος, ὃ προλαβοῦσα ἡ τοῦ θεοῦ συνεχώρησε φιλανθρωπία. διὰ ταῦτα οὖν εἰπέ μοι, ὁ πλοῦτός σοι περισπούδαστος, ὅτι σε εἰς τοιαύτην ἁμαρτίαν μετ' εὐκολίας ἐξάγει; καὶ μὴν διὰ τοῦτο αὐτὸν ὡς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον καὶ μυρίων γέμοντα φόνων, ἀποστρέφεσθαι δεῖ. Ἀλλ' ἡ πενία φησὶ παρασκευάζει δυσχεραίνειν, καὶ πολλάκις καὶ βλάσφημα ῥήματα καταβάλλειν, καὶ ἀνελεύθερα πράγματα ὑπομένειν. οὐχ ἡ πενία, ἀλλ' ἡ μικροψυχία. ἐπεὶ καὶ ὁ λάζαρος πένης ἦν, καὶ σφόδρα γε πένης· καὶ τῇ πενίᾳ προσῆν καὶ ἀρρωστία πενίας ἁπάσης πικροτέρα, ἡ καὶ τὴν πενίαν ταύτην χαλεπωτέραν ποιοῦσα· καὶ τῇ ἀρρωστίᾳ ἐρημία τῶν προστησομένων καὶ ἀπορία τῶν θεραπευόντων, ἥτις

atq;

καὶ τὴν πενίαν καὶ τὴν ἀρρωστίαν πικροτέραν εἰργάζετο. τούτων γὰρ ἕκαστον καὶ καθ' ἑαυτὸ μὲν ὀδυνηρόν, ὅταν δὲ μηδὲ οἱ θεραπεύοντες ὦσι, μεῖζον γίνεται τὸ δεινόν, χαλεπωτέρα ἡ φλόξ, πικροτέρα ἡ ὀδύνη, ἀγριώτερος ὁ χειμών, σφοδρότερον τὸ κλυδώνιον, φλογωδεστέρα ἡ κάμινος. εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, καὶ ἕτερον τούτοις τέταρτον προσῆν, ἡ τοῦ πλουτοῦντος ἐκ γειτόνων οἰκοῦντος ἄδεια καὶ τρυφή. εἰ δὲ βούλει τι καὶ πέμπτον ἄλλο εὑρεῖν ὑπέκκαυμα τῆς φλογός, καὶ τοῦτο ὄψει σαφῶς αὐτῷ περικείμενον. οὐ γὰρ δὴ μόνον ἐτρύφα ὁ πλούσιος ἐκεῖνος· ἀλλὰ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον, μᾶλλον δὲ καὶ πλεονάκις τῆς ἡμέρας αὐτὸν ὁρῶν (παρὰ γὰρ τὴν εἴσοδον ἔρριπτο, θέατρον χαλεπὸν ἐλεεινῆς τραγῳδίας ὤν, καὶ τῇ ὄψει μόνον καὶ λιθίνην ἱκανὸς κα-

atq; ministraret, quæ cùm paupertatem, tum aduersam valetudinem faciebat acerbiorem. Horum namq; singula per se quoq; molesta sunt; cùm verò neq; qui ministrent, adsunt, maior fit calamitas, sæuior flamma, dolor acerbior, tempestas atrocior, fluctus vehementiores, caminus ardentior. Quòd si quis accuratè circumspiciat, aliud etiam his quartũ accedebat, nempe diuitis in vicinia habitantis licẽtia & luxus. Sin aliud etiam quintũ vis inuenire, flammæ illius fomitẽ, id quoq; in eo perspicuè videbis. Non enim duntaxat genio indulgebat diues ille, verũ etiam etsi iterũ, tertiùm, imò verò sæpius in die eum videbat (iuxta ingressũ namq; iacebat, spectaculum dirum miserabilis tragœdiæ, & qui aspectu solo vel lapideum pectus

ταμα-

poterat emollire.) tamen neq; hoc hominē illum ad eam paupertatem leuandam permouit: sed ille lautißimā apponebat mēsam, crateras habebat plenos, merū temerè leuiterq; exhauriendū, nitidos coquorum exercitus, parasitos & adulatores prima luce, & choros canentium, vina infundentium, risus mouentium: omne genus helluationis excogitabat, inebriabatur, ingurgitabatur, in luxu vestium, mensæ, aliarumq; plurium rerū perpetuò viuebat. Istū verò, quē graui fame, morbo acerbißimo, obsidione tot vlcerū, solitudine, & malis inde consequentibus in dies singulos premi videbat, ne in animum quidem aliquando admisit: parasiti & adulatores nimiis epulis pœne disrumpebantur; at iste pauper, & adeò pauper,

παμαλάξαι ψυχὴν) καὶ ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἐπεσπάσατο τὸν ἀπάνθρωπον ἐκεῖνον εἰς τὴν τῆς πενίας ἐκείνης ἀντίληψιν. ἀλλ᾽ ὁ μὲν συβαριτικὴν παρετίθετο τράπεζαν, καὶ κρατῆρας εἶχεν ἐστεμμένους, καὶ ἄκρατον ἁπλῶς ἐκχεόμενον, καὶ στρατόπεδα μαγείρων λαμπρά, καὶ παρασίτους καὶ κόλακας ἅμα πρωΐ, καὶ χορὺς ᾀδόντων, οἰνοχοούντων, γελωτοποιούντων, καὶ πᾶν εἶδος ἐπινοῶν ἀσωτίας, καὶ μεθύων καὶ κραιπαλῶν, καὶ στολῇ καὶ τραπέζῃ καὶ ἑτέροις πλείοσι τρυφῶν ἅπαντα διετέλει τὸν χρόνον. τοῦτον δὲ λιμῷ χαλεπῷ καὶ ἀῤῥωστίᾳ πικροτάτῃ, καὶ πολιορκίᾳ τοσούτων ἑλκῶν, καὶ ἐρημίᾳ, καὶ τοῖς ἐκ τούτων κακοῖς ὁρῶν καθ᾽ ἑκάστην κατατεινόμενον τὴν ἡμέραν, οὐδὲ εἰς νοῦν ποτε ἐβάλλετο· ἀλλ᾽ οἱ μὲν παράσιτοι, καὶ οἱ κόλακες καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν διεῤῥήγνυντο· ὁ δὲ πένης, καὶ οὕτω πένης,

καὶ

καὶ ἐν τοσούτοις κείμενος τοῖς κακοῖς, οὐδὲ ψιχῶν ἐκ τῆς τραπέζης ἀπήλαυεν ἐκείνης, καὶ ταῦτα σφόδρα ἐπιθυμῶν· καὶ οὐδὲν αὐτὸν τούτων παρέβλαψεν, οὐ ῥῆμα πικρὸν ἐξέβαλεν, οὐ βλάσφημον ἐφθέγξατο λόγον· ἀλλ' ὥσπερ χρυσίον τῇ σφοδροτέρᾳ πυρώσει μειζόνως καθαιρόμενον λαμπρύνεται, οὕτω δὴ καὶ ἐκεῖνος ὑπὸ τῶν παθημάτων τούτων ἐνοχλούμενος, πάντων ὑψηλότερος ἦν καὶ τῶν παθῶν καὶ αὐτῶν τῶν ἐντεῦθεν πολλοῖς τικτομένων θορύβων. εἰ γὰρ ἁπλῶς πένητες πλουσίους ὁρῶντες τήκονται τῷ φθόνῳ, καὶ κατατείνονται τῇ βασκανίᾳ, καὶ τὸν βίον ἀβίωτον εἶναι νομίζουσι, καὶ ταῦτα τῆς ἀναγκαίας εὐποροῦντες τροφῆς, καὶ τοὺς θεραπεύοντας ἔχοντες· ὁ πένης οὗτος ὡς οὐδεὶς ἕτερος, πένης ὢν καὶ οὐχὶ πένης μόνον ἀλλὰ καὶ ἀσθενὴς, καὶ μηδένα ἔχων τὸν προστησόμενον καὶ παρακαλέσοντα, ἀλλ' ἐν μέσῃ

tot malis cinctus, nec micas ex illa mensa obtinuit, idq; valdè cupidus: neq; horum quidquam eum læsit, non verbum protulit asperum, non vocem edidit maledicam; sed vt aurũ vehementiore incendio magis purgatum splẽdescit; sic etiam ille afflictionib. istis vexatus, omnibus fuit superior tam plagis, quàm q̃ multis nascuntur inde, perturbationibus. Si enim omnino pauperes cũ diuites vident, tabescunt inuidia, & æmulatione conficiuntur, ac vitam sibi non esse vitalem existimant, idq; cùm necessarius eis victus suppetit, nec non qui ministrent: iste pauper, & quidem pauper vt nullus alius, nec pauper modò, verùm etiam æger, quique non habebat qui astaret aut solatium daret, sed in media vrbe velut in

extrema iacebat solitudine, fame tabescebat acerbissima, illi omnia tanquã ex fontibus affluere videbat, omni humano solatio destitutus, canum linguis ceu perpetua quadã mensa propositus (ita enim omnia eius mẽbra luxata ac dissoluta erant, vt nec illos arcere posset) quàm iniquo animo fuisset, nisi valde generosus ac sapiens extitisset? cernis, qui se non lædat, etsi ab omnibus lædatur, nihil mali perpeti? repetã enim eandem orationem. Quid namque aduersa valetudo? quid solitudo eorum qui astarent? quid accessus canum? quid mala diuitis vicinitas? quid magnus luxus, superbia & vecordia illius huic nocuerunt? num eum ad sustinenda pro virtute certamina reddiderunt molliorem? quid verò

πόλει καθάπερ ἐν ἐσχάτῃ κείμενος ἐρημίᾳ, καὶ λιμῷ τηκόμενος πικροτάτῳ, καὶ πάντα ὁρῶν ἐκείνῳ καθάπερ ἐκ πηγῶν ἐπιῤῥέοντα, καὶ ἀνθρωπίνης μὲν οὐδεμιᾶς ἀπολαύων παραμυθίας, ταῖς δὲ τῶν κυνῶν γλώσσαις προκείμενος τράπεζα διηνεκὴς (οὕτω γὰρ ἦν τὸ σῶμα παρειμένος καὶ διαλελυμένος, ὡς μηδὲ ἐκείνους ἀποσοβεῖν δύνασθαι) τί οὐκ ἂν ἔπαθεν, εἰ μὴ σφόδρα γενναῖος καὶ φιλόσοφος ἦν; ὁρᾷς ὅτι ὁ ἑαυτὸν μὴ ἀδικῶν, κἂν παρὰ πάντων ἀδικῆται, οὐδὲν πάσχει δεινόν; πάλιν γὰρ τὸν αὐτὸν λήψομαι λόγον. τί γὰρ ἡ ἀῤῥωστία; τί δὲ ἡ ἐρημία τῶν προστησομένων; τί δὲ ἡ ἔφοδος τῶν κυνῶν; τί δὲ τὸ γειτόνημα τοῦ πλουσίου τὸ πονηρόν; τί δὲ ἡ πολλὴ χλιδὴ καὶ ὑπερηφανία, καὶ ἡ ἀπόνοια ἐκείνου τὸν ἀθλητὴν τοῦτον παρέβλαψεν; ἢ μαλακώτερον πρὸς τὰ ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς ἐποίησε σκάμματα; τί δὲ αὐτοῦ

τὴν

τὴν εὐτονίαν ἐλυμήνατο; οὐδὲν οὐδαμοῦ, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἐπέῤῥωσε. καὶ μυρίων αὐτῷ στεφάνων ὑπόθεσις γέγονεν καὶ προσθήκη βραβείων, καὶ πλεονασμὸς ἀντιδόσεως, καὶ μειζόνων ἀμοιβῶν ὑπόθεσις, τῶν δεινῶν τὸ πλῆθος ἐκεῖνο, καὶ ἡ τοῦ πλουτοῦντος ὠμότης. οὐ γὰρ δὴ διὰ τὴν πενίαν ἐστεφανοῦτο μόνον, οὐδὲ διὰ τὸν λιμὸν, οὐδὲ διὰ τὰ ἕλκη, οὐδὲ διὰ τὰς γλώσσας τῶν κυνῶν· ἀλλ' ὅτι τοιοῦτον γείτονα ἔχων, καὶ καθ' ἑκάστην ὁρώμενος ὑπ' αὐτοῦ τὴν ἡμέραν, καὶ ὑπερορώμενος διηνεκῶς, τοῦτον ἤνεγκε γενναίως τὸν πειρασμὸν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς καρτερείας, καὶ τῇ πενίᾳ καὶ τῇ ἀῤῥωστίᾳ, καὶ τῇ ἐρημίᾳ, οὐ μικρὰν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα εὐτονωτάτην συνεισφέροντα τὴν φλόγα. τί δὲ ὁ μακάριος Παῦλος, εἰπέ μοι; οὐδὲν γὰρ κωλύει πάλιν ἐπιμνησθῆναι τοῦ ἀνδρός. οὐχὶ μυρίας

constantiam eius læsit? nihil vsquam, sed eum etiam magis corroborârunt, & infinitarum ei materia coronarum, accessio præmiorum, incrementum mercedis, seges maioris remunerationis extitit illa malorum multitudo, diuitisque crudelitas. Neque *enim ob paupertatem coronatus est tantùm, neque ob famem, neque ob vlcera, neque ob linguas canũ, sed quòd talem vicinum cùm haberet, à quo in dies aspiceretur & despiceretur perpetuò, eam tentationem generoso tulerit animo, magnaque constantia, quæ quidem tentatio & paupertati & aduersæ valetudini, & solitudini nõ exiguam, sed acerrimam flammam addebat. Quid verò beatus Paulus, dic mihi? nihil enim prohibet iterum meminisse viri. An non*

infinitos tentationum tanquam niuium imbres sustinuit? quid ergo inde damni accepit? an non propterea maioribus donatus est coronis, quòd esuriisset, quòd algore ac nuditate confectus, quòd verberibus sepenumero concisus fuisset? At ille Paulus erat, inquit, & vocatus à Christo. atqui Iudas quoque vnus erat ex duodecim, vocatus etiam ipse à Christo. verùm neq; quòd esset ex duodecim, neque vocatio Christi quidquam ei profuit, quoniam animum ad virtutē paratum nō habebat. Sed Paulus quidē & cum fame luctans, & necessario egens alimento, & tanta in dies singulos perferens, magna cum alacritate viā qua ad cœlum ducit, currebat. At ille & ante hunc vocatus, & iisdē, quibus ipse, bonis fruitꝰ, suprema philosophia

ἐδέξατο πειρασμῶν νιφάδας; τί οὖν ἐντεῦθεν ἐβλάβη; οὐκ ἐντεῦθεν μὲν οὖν καὶ μειζόνως ἐστεφανοῦτο; ὅτι ἐλίμωττεν, ὅτι κρυμνῷ καὶ γυμνότητι κατετήκετο; ὅτι μάστιξι πολλάκις κατεξαίνετο; ὅτι λίθοις ἐβάλλετο; ὅτι κατεποντίζετο; ἀλλ' ἐκεῖνος Παῦλος ἦν φησι, καὶ κλητὸς τοῦ χῦ. καίτοι καὶ Ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα ἦν, καὶ κλητὸς καὶ αὐτὸς τοῦ χῦ. ἀλλ' οὔτε τὸ εἶναι τῶν δώδεκα, οὔτε ἡ κλῆσις αὐτὸν ὤνησεν, ἐπειδὴ γνώμην οὐκ εἶχε πρὸς ἀρετὴν παρεσκευασμένην. ἀλλ' ὁ μὲν Παῦλος καὶ λιμῷ παλαίων καὶ τῆς ἀναγκαίας ἀπορῶν τροφῆς, καὶ τοσαῦτα καθ' ἑκάστην πάσχων τὴν ἡμέραν, μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας τὴν εἰς οὐρανὸν φέρουσαν ἔτρεχεν ὁδόν. ἐκεῖνος δὲ καὶ πρὸ τούτου κληθεὶς καὶ τῶν αὐτῶν ἀπολαύσας ὧνπερ καὶ αὐτὸς· καὶ μυηθεὶς τὴν ἀνωτάτω φιλοσοφίαν,

καὶ

καὶ τραπέζης μετέχων ἱερᾶς καὶ τῶν φρικωδεστάτων ἐκείνων δείπνων, καὶ χάριν λαβὼν τοσαύτην ὡς καὶ νεκροὺς ἐγείρειν, καὶ λεπροὺς καθαίρειν, καὶ δαίμονας ἐλαύνειν· καὶ τοὺς περὶ ἀκτημοσύνης πολλάκις ἀκούσας λόγους καὶ αὐτῷ τοσοῦτον χρόνον συγγενόμενος τῷ χριστῷ, καὶ τῷ τῶν πενήτων τὰ χρήματα πιστευθεὶς, ὥστε τοῦ πάθους ἐκεῖθεν ἔχειν παραμυθίαν (καὶ γὰρ κλέπτης ἦν) οὐδὲ οὕτως ἐγένετο βελτίων, καί τοι τοσαύτης συγκαταβάσεως ἀπολαύσας. ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει ὁ χριστὸς ὅτι φιλάργυρος ἦν, καὶ διὰ χρημάτων ἔρωτα ἔμελλεν ἀπόλλυσθαι, οὐ μόνον αὐτὸν οὐκ ἀπήτησε τούτου δίκας τότε, ἀλλ' ὥστε αὐτοῦ καταλεᾶναι τὸ πάθος, καὶ τὰ χρήματα αὐτῷ τῶν πενήτων ἐπίστευσεν, ἵν' ἔχων ὅθεν κορέσει τὴν φιλοχρηματίαν, μὴ καταπέσῃ εἰς τὸ φρικῶδες ἐκεῖνο βάραθρον· ἐλάττονι κακῷ τὸ μεῖζον προαναστέλ-

initiatus, particeps mensæ sacræ ac tremẽdæ illius cænæ, tantam gratiam adeptus, vt etiam mortuos excitaret, lepram purgaret, & dæmonas expelleret; crebris de paupertate sermonibus auditis, tamdiu versatus cum Christo, cuique pauperum pecuniæ creditæ fuerant, vt inde ægritudinis solatium caperet (fur enim erat) ne sic quidẽ factus est melior, quanquam tantam expertus indulgẽtiã. Cùm enim sciret Christus eum auarum esse, & amore pecuniæ periturum, nõ modò eius rei tum ab eo pœnas non repoposcit, verũ vt ipsius ægritudinem deliniret, & minori malo præcaueret maius, etiam pauperũ ei pecunias credidit, vt cùm haberet vnde pecuniæ cupiditatem satiaret, ne in horribile illud barathrum

corrueret. Adeo nusquam quisquam lædere poterit eum, qui seipsum lædere nolit; ei verò qui vigilans ac sobrius esse, suamque operam conferre nolit, nemo vnquam proderit. Propterea tibi mirabilis quoque Scripturarum historia velut in effigie quadam sublimi magnaque, & in magnam latitudinem extensa, veterum vitas descripsit, narratione ab Adã vsque ad Christi aduentum producta: ostenditque tibi tam supplantatos, quàm coronatos, vt omnium exemplis te doceat, eum qui seipsum non lædat, à nemine alio lædi posse, etiamsi totus orbis graue contra illum concitet bellum. Neque enim difficultas rerũ, nec temporum mutationes, nec potentûm iniuriæ, neque insidiarum tanquam niuium imbres, neque calamitatũ multitu-

λων. οὕτως πανταχοῦ τὸν μὲν ἑαυτὸν μὴ βουλόμενον ἀδικεῖν, οὐδεὶς ἕτερος ἀδικῆσαι δυνήσεται· τὸν δὲ οὐκ ἐθέλοντα νήφειν καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ συνεισφέρειν οἴκοθεν, οὐδεὶς οὐδέποτε ὠφελήσει. διὰ τοῦτό σοι καὶ ἡ θαυμασία τῶν γραφῶν ἱστορία καθάπερ ἐν εἰκόνι τινὶ ὑψηλῇ καὶ μεγάλῃ καὶ πολὺ τὸ εὖρος ἐχούσῃ τῶν παλαιῶν ἀνεγράψατο τοὺς βίους, ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ἐκτείνασα τὴν διήγησιν. καὶ δείκνυσί σοι καὶ τοὺς ὑποσκελιζομένους, καὶ τοὺς στεφανουμένους· ἵνα σε διὰ πάντων παιδεύσῃ ὅτι τὸν παρ' ἑαυτοῦ μὴ ἀδικούμενον οὐδεὶς ἕτερος ἀδικῆσαι δυνήσεται, κἂν πᾶσα ἡ οἰκουμένη πρὸς αὐτὸν χαλεπὸν ἀναῤῥιπίζῃ πόλεμον. οὔτε γὰρ δυσκολία πραγμάτων, οὔτε καιρῶν μεταβολαί, οὔτε δυναστευόντων ἐπήρειαι, οὔτε ἐπιβουλῶν νιφάδες, οὔτε συμφορῶν ὄχλος,

λος, οὐδὲ πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν συλλεγόμενος ὁ φορυτὸς παρασαλεῦσαί τι κἂν μικρὸν δυνήσεται τὸν γενναῖον, καὶ νήφοντα. καὶ ἐγρηγορότα. ὥσπερ αὖ τὸν ῥάθυμον καὶ ἀναπεπτωκότα, καὶ οἴκοθεν προδεδομένον κἂν μυρίαι προσάγωνται θεραπεῖαι, οὐδὲν ἀμείνω ποιοῦσι. τοῦτο γοῦν καὶ ἡ παραβολὴ ἡ περὶ τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων παρεδήλωσεν ἡμῖν, ὧν ὁ μὲν ἐπὶ τῆς πέτρας, ὁ δὲ ἐπὶ τῆς ψάμμου τὴν οἰκίαν ᾠκοδόμησε τὴν ἑαυτοῦ· οὐχ ἵνα ψάμμον καὶ πέτραν νοήσωμεν, οὐδ' ἵνα οἰκοδομὴν λίθων καὶ ὀρόφων, οὐδ' ἵνα ποταμοὺς καὶ ὑετὸν καὶ πνεύματα ἄγρια προσπίπτοντα ταῖς οἰκοδομαῖς, ἀλλ' ἵνα ἀρετὴν καὶ κακίαν ἐκ τούτων ἐκλάβωμεν, καὶ ἴδωμεν κἀντεῦθεν ὅτι τὸν ἑαυτὸν μὴ ἀδικοῦντα οὐδεὶς ἀδικεῖ. οὐκοῦν οὔτε ὁ ὑετὸς καίτοι ῥαγδαίως φερόμενος, οὔτε οἱ ποταμοὶ

do, neq; omnium, qui homines premuntur, malorum collectus aceruus generosum, sobrium ac vigilantem vel parum labefactare poterit: quemadmodum vicissim ignauum, collapsum, & à seipso proditum, etiamsi infinitæ curationes admoueantur, nihilo faciunt meliorem. Hoc siquidem etiam insinuauit nobis illa parabola de hominibus illis, quorum alter super petram, super arenam alter suam domum ædificauit: non vt arenam, & petram intelligamus, nec structuram lapidum, & tectum, neque vt flumina, & pluuiam, & sæuos spiritus in ædificia irruentes, sed vt virtutem, & vitium ex his colligamus, atque etiam hinc perspiciamus, eum qui seipse non lædat, à nemine lædi. Ergo nec pluuia magna quanquam vi delatæ, neque flumina

magno impetu irruentia, neque saeui spiritus vehementi cum insultu adorta, partem vllam domus illius labefactârunt; sed mansit & inexpugnabilis, & immota: vt discas, qui se ipse non prodat, eum nulla tentatione posse labefactari. At illa alterius facilè euersa est, non ob tentationum impetum (alioquin alteri quoque idem accidisset) sed ob ipsius vecordiam. non enim quia ventus afflauit, ideo cecidit, sed quòd super arenã, hoc est, super ignauiam, & nequitiam aedificata fuit, ruinam fecit. Nam prius etiam, quàm illa tempestas ingrueret, infirma erat, & ad casum parata. Huiuscemodi enim aedificia, etiam nemine infestante, dum subtrahitur ac diffluit fundamentum, sua sponte corruunt. Atque vt aranea vltro,

πολλῷ ῥοθίῳ προσπίπτοντες, οὔτε τὰ πνεύματα τὰ ἄγρια μετὰ σφοδρᾶς τῆς ῥύμης προσβάλλοντα, παρεσάλευσάν τι τῆς οἰκίας ἐκείνης· ἀλλ᾽ ἔμεινε καὶ ἀχείρωτος, καὶ ἀκίνητος· ἵνα μάθῃς ὅτι τὸν ἑαυτὸν οὐ προδιδόντα οὐδὲ εἷς πειρασμὸς παρασαλεῦσαι δύναται. ἡ δὲ τοῦ ἑτέρου κατεφέρετο ῥᾳδίως, οὐ διὰ τὴν τῶν πειρασμῶν ἐπιβολὴν (ἦ γὰρ ἂν καὶ ἡ ἑτέρα τὸ αὐτὸ ἔπαθεν) ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν ἄνοιαν. οὐ γὰρ ἐπειδὴ ἄνεμος προσέπνευσεν, διὰ τοῦτο ἔπεσεν, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἐπὶ τῆς ψάμμου ᾠκοδομηθεῖσα, τοῦτ᾽ ἔστιν ἐπὶ ῥαθυμίας καὶ πονηρίας, τοῦτο πέπονθε. καὶ γὰρ καὶ πρὶν ἢ τὸν χειμῶνα προσβαλεῖν ἐκεῖνον, ἀσθενής τε ἦν καὶ πρὸς τὸ πεσεῖν ἑτοίμη. αἱ γὰρ τοιαῦται οἰκοδομαὶ, καὶ μηδενὸς ἐνοχλοῦντος, αὐτόματοι καταφέρονται, ὑποσυρομένης αὐταῖς

τῆς

τῆς κρηπῖδος καὶ πάντη διαῤῥεούσης. καὶ καθάπερ αἱ μὲν ἀράχναι αὐτόματοι διασπῶνται, μηδενὸς αὐταῖς ἐνοχλοῦντος, ὁ δὲ ἀδάμας καὶ παιόμενος ἀδιάλυτος μένει· οὕτω δὴ καὶ οἱ μὴ ἑαυτοὺς ἀδικοῦντες, κἂν ὑπὸ μυρίων παίωνται, ἰσχυρότεροι γίνονται· οἱ δὲ ἑαυτοὺς προδιδόντες κἂν μηδεὶς ὁ ἐνοχλῶν ᾖ, αὐτόματοι φέρονται, καὶ διαῤῥέουσι, καὶ ἀπόλλυνται. ὥσπερ καὶ Ἰούδας οὐ μόνον οὐδενὸς ἐνοχλήσαντος πειρασμοῦ τοιούτου, ἀλλὰ καὶ πολλῆς ἀπολαύσας τῆς θεραπείας, ἀπώλετο. βούλει σοι τοῦτον καὶ ἐπὶ δήμων ὁλοκλήρων δείξω διαλάμποντα τὸν λόγον; πόσης ὁ Ἰουδαίων δῆμος ἀπήλαυσε προνοίας; οὐ πᾶσα ἡ ὁρωμένη κτίσις πρὸς ὑπηρεσίαν αὐτῶν παρεσκευάζετο; καὶ καινός τις αὐτοῖς καὶ ξένος εἰσήγετο διαγωγῆς βίου τρόπος; οὐδὲ γὰρ εἰς ἀγορὰν ἐνέβαλλον καὶ οὕτω τῶν ὠνίων

nemine ipsis infesto, distrahuntur; adamas contrà etiam percussus non frangitur: sic etiam qui semetipsi non lædunt, etsi ab infinitis feriantur, fortiores euadunt: qui verò semetipsi produnt, etsi nemo sit infestus, sua sponte deuoluuntur, diffluunt ac pereunt. Quemadmodum Iudas quoque non modò nulla infestante huiusmodi tentatione, sed magna etiam curatione adhibita, periit. Vis integrarum gentium exemplis hanc orationem illustrem? quanta Iudæorum genti contigit prouisio? an non tota quæ videtur, creatura ad eorum obsequium fuit comparata? & noua quadam ipsis, ac mira viuendi ratio introducta? neque enim ad forum mittebant, itáque non nume-

numerata pecunia venalibus rebus fruebantur, nec sulcos findebant, neq; aratrum trahebant, nec terram proscindebant, nec semina iaciebant, neq; pluuiis indigebant & ventis & anni temporibus, non solis radiis, non cursu Lunæ, non aëris ingenio, non vlla huiusmodi re alia; non aream præparabant, non fruges triturabant, nō spiritus desiderabant ad secernenda grana à paleis, non molam versabant, non clibanū ædificabant, nō ligna & ignē domum inferebāt, non panifica egebant arte, non ligonem tractabāt, nō falcē acuebant, non aliqua alia indigebant arte, textoria, inquā, architectonica, & sutoria: sed omnia eis erat verbum Dei. Mensam habebant paratam ex tempore, sudoribus & laboribus vacuam. Eius

ἀπήλαυον οὐκ ἀργύριον καταθέντες, οὐδὲ αὔλακας ἔτεμον, οὐδὲ ἄροτρον εἷλκον, οὐ τὴν γῆν ἐσπάραττον, οὐδὲ σπέρματα κατέβαλλον, οὐδὲ ὑετῶν ἐδέοντο καὶ ἀνέμων καὶ τῶν τοῦ ἔτους ὡρῶν, οὐχ ἡλιακῆς ἀκτῖνος, οὐ σεληνιαίου δρόμου, οὐ φύσεως ἀέρος, οὐκ ἄλλου τῶν τοιούτων οὐδενὸς οὐχ ἅλωνα παρεσκεύαζον, οὐ καρπὸν ἔτριβον, οὐ πνευμάτων ἔχρῃζον πρὸς τὸ διακρῖναι τοὺς πυροὺς τῶν ἀχύρων, οὐ μύλην ἔστρεφον, οὐ κλίβανον ᾠκοδόμουν, οὐ ξύλα καὶ πῦρ εἰς τὴν οἰκίαν εἰσῆγον, οὐκ ἀρτοποιητικῆς ἐδέοντο τέχνης, οὐ μάκελαν μετεχείριζον, οὐ δρεπάνην ἠκόνουν, οὐκ ἄλλης τινὸς ἐδέοντο τέχνης, ὑφαντικῆς λέγω καὶ οἰκοδομικῆς, καὶ τῆς τὰ ὑποδήματα περιεχούσης· ἀλλὰ πάντα ἦν αὐτοῖς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος. καὶ ἐσχεδιασμένην εἶχον τράπεζαν, καὶ ἱδρώτων καὶ πόνων ἀπηλλαγμένην. τοιαύτη

γὰρ

γὰρ ἡ τοῦ μάννα φύσις νεαρά τε, καὶ πρόσφατος, καὶ οὐδαμοῦ παρέχουσα αὐτοῖς πράγματα, οὐδὲ κατατείνουσα πόνῳ· καὶ τὰ ἱμάτια δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ ὑποδήματα, καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ σώματος φύσις τῆς οἰκείας ἐπελανθάνετο ἀσθενείας. ἐν γὰρ χρόνῳ οὕτω μακρῷ, οὔτε ἐκεῖνα ἐτρίβετο, οὔτε οἱ πόδες αὐτῶν καί τοι τοσαῦτα βαδιζόντων ἐτυλώθησαν. ἰατρῶν αὐτοῖς καὶ φαρμάκων, καὶ τῆς ἄλλης τῆς περὶ τὴν τοιαύτην τέχνην σπουδῆς οὐδὲ μνήμη τις ἦν ἐν αὐτοῖς. οὕτω πᾶσα ἐκ ποδῶν ἀῤῥωστία ἦν. Ἐξήγαγε γὰρ αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ φησί· καὶ οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν. Ἀλλ' ὥσπερ τὸν κόσμον τοῦτον ἀφέντες, καὶ πρὸς ἕτερον βελτίονα μετοικισθέντες οἰκουμένην, οὕτως ἤσθιον, οὕτως ἔπινον, καὶ οὔτε ἡ ἀκτὶς θερμοτέρα γινομένη τὰς κεφαλὰς ἔπληττε τὰς ἐκείνων.

enim natura erat manna, recens, nusquam ipsis negotia facessens, neque labore conficiens. Iam vestimenta eorum & calcei & ipsa corporis natura quodammodo suæ fragilitatis obliuiscebantur. tempore enim ita longo neque illa terebantur, neque pedes eorum tot tantáque licet itinera facientium occalluerunt. Medicorum, remediorum, cæteraq; in hac arte curæ ne memoria quidem apud eos erat; adeò longè aberat omnis inualetudo. Eduxit enim eos in auro & argento, inquit, & non erat in tribubus eorum infirmus. Verùm quasi relicto hoc mundo, & in alium meliorem orbem inhabitandum translati, sic comedebant, sic bibebant, ac neq; radij calidiores effecti capita illorum feriebant.

diſterminabat enim flammam nubes vndique impendens, & omnibus illis familiis geſtatorij tecti inſtar erat. Neque verò noctu face indigebant, quæ tenebras diſcuteret, ſed erat eis columna ignis, fons lucis ineffabilis in duplicem vſum, tum vt luceret, tũ vt iter dirigeret. Neque enim lucida duntaxat erat, verùm etiam omni via duce certius infinitum illum populum per ſolitudinem illã ducebat. Ibant nõ terrâ ſolùm, ſed etiam mari quaſi terrâ. Auſi ſunt tranſcendere fines naturæ, cùm ſæuum illud pelagus ambularent, quaſi per ſolidam ac firmam petram iter facerent. cúmque illis ſubſtratum eſſet elementum illud, ſolidam terram, campóſque ſupinos, & agros imitabatur: cùm verò

διετείχιζε γὰρ τὴν φλόγα νεφέλη πάντοθεν αἰωρουμένη, καὶ περιφορητὴ γινομένη στέγη τοῖς δήμοις ἅπασιν ἐκείνοις. ἀλλ' οὔτε ἐν νυκτὶ λαμπάδος ἐδέοντο τῆς διαιρούσης τὸ σκότος, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ὁ στύλος τοῦ πυρὸς, πηγὴ φωτὸς ἀφάτου, δύο χρείας παρέχων, τήν τε ἀπὸ τοῦ φαίνειν, τήν τε ἀπὸ τοῦ κατευθύνειν αὐτοῖς τὴν ἀποδημίαν. οὐ γὰρ φωτοειδὴς μόνον ἦν, ἀλλὰ καὶ ὁδηγοῦ παντὸς ἀκριβέστερον ἐχειραγώγει κατὰ τὴν ἔρημον ἐκείνην τὸν ἄπειρον δῆμον ἐκεῖνον. ἐβάδιζον δὲ, οὐκ ἐπὶ γῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ὡς ἐπὶ γῆς. καὶ τῶν ὅρων τῆς φύσεως κατετόλμων, τὸ χαλεπὸν ἐκεῖνο πεζεύοντες πέλαγος, ὡς διὰ πέτρας στεῤῥᾶς καὶ ἀντιτύπου τινὸς ὁδοιποροῦντες. καὶ ὅτε μὲν αὐτοῖς ὑπεστόρεστο, γῆν ἐμιμεῖτο στεῤῥὰν τὸ στοιχεῖον, καὶ πεδία ὕπτια, καὶ ἀρούρας. ὅτε δὲ τοὺς

ἐχθροὺς

ἐχθροὺς ἀπέλαβε, τὰ θαλάττης κατειργάζετο· καὶ αὐτοῖς μὲν ἐγίνετο ὄχημα, τοῖς δὲ πολεμοῦσιν αὐτοὺς, τάφος· τοὺς μὲν μετ᾽ εὐκολίας παραπέμπουσα, τοὺς δὲ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος καταποντίζουσα· καὶ ἡ ἄτακτος τῶν ὑδάτων ῥύμη, ἀνδρῶν λογικῶν καὶ συνετωτάτων εὐταξίαν καὶ ὑπακοὴν ἐπεδείκνυτο, νῦν μὲν φύλακος, νῦν δὲ δημίου τάξιν ἐπέχουσα, καὶ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τὰ ἐναντία ἀθρόον ἐπιδεικνυμένη. τί ἄν τις εἴποι τὰς πέτρας, αἳ ποταμοὺς ἠφίεσαν ὑδάτων; τί δὲ τὰ νέφη τῶν ὀρνίθων, οἳ τῷ πλήθει τῶν σωμάτων τὴν γῆν ἀπέκρυψαν ἅπασαν; τί τὰ ἐν Αἰγύπτῳ θαύματα; τί τὰ ἐν ἐρήμῳ παράδοξα; τί τὰ τρόπαια καὶ τὰς νίκας τὰς ἀναιμωτὶ γινομένας; ὡς γὰρ χορεύοντες, οὐχ ὡς πολεμοῦντες τοὺς ἀντιπίπτοντας ἐχειροῦντο. καὶ τῶν μὲν οἰκείων

hostes excepisset maris munus exequebatur: illis fuit vehiculum, hostibus ipsorum sepulchrum; illos facilè transmisit, hos magna cum vehementia submersit. Inordinatus aquarum impetus, virorum ratione præditorum atq; prudentißimorum ordinem & obedientiam præ se ferebat, cùm iam custodis, iam carnificis vicem obtineret, vnoq; die contraria repente præstaret. Quid commemorẽ petras, quæ fluuios effuderunt aquarum? quid nubes volucrũ quæ corporum multitudine totam terram texerunt? Quid miracula patrata in Ægypto? quid prodigia quæ contigerunt in solitudine? quid trophæa & incruentas victorias? Tanquã enim choreas ducerent, non bellum gererẽt, ita aduersarios domuerunt, ac dominos quidem

suos

suos sine armis superârunt; qui verò extra Ægyptum cum ipsis pugnârunt, eos tubis canendo, psallendóque vicerunt: résque illa chorea potius erat quàm bellum, initiatio potius quã pugna. Omnia namque ista prodigia non ob id solùm acciderunt, vt eis necessarium ferrent subsidium, verùm vt doctrinam quoque cognitionis Dei, qua eos Moyses instituerat, certius conseruarent. vndique voces edebantur, quæ Dominum deprædicarent. Hæc enim mare declamabat, cùm nunc pedestri itinere traiiceretur, nunc ad ingenium rediret; hanc vocem edebant vndæ Nili in sanguinem mutatæ; ranæ, locustarum ille exercitus, eruca, & rubigo, hæc omni populo loquebantur: prodigia quo-

δεσποτῶν χωρὶς ὅπλων ἐκράτησαν· τῶν δὲ μετὰ τὴν αἴγυπτον μαχομένων αὐτοῖς, σαλπίζοντες, καὶ ψάλλοντες, οὕτω περιεγένοντο. καὶ τὴν χορεία μᾶλλον ἢ πόλεμος τὰ γινόμενα, μυσταγωγία μᾶλλον ἢ μάχη. καὶ γὰρ πάντα τὰ τεράστια ταῦτα οὐ διὰ τοῦτο ἐγένετο μόνον ἵνα τὴν χρείαν αὐτοῖς πληρώσῃ, ἀλλ' ἵνα καὶ τὴν διδασκαλίαν, ἣν ἐνέθηκεν αὐτοῖς ὁ Μωϋσῆς τῆς θεογνωσίας ἀκριβέστερον διατηρήσωσι· καὶ φωναὶ πανταχόθεν ἐφέροντο τὸν δεσπότην ἀνακηρύττουσαι. καὶ γὰρ ἡ θάλαττα ταῦτα ἐβόα, νῦν μὲν πεζευομένη, νῦν δὲ θάλαττα γινομένη, καὶ τὰ νειλῶα νάματα ταύτην ἠφίει τὴν φωνὴν πρὸς αἵματος μεταβαλλόμενα φύσιν· καὶ οἱ βάτραχοι, καὶ τὸ τῶν ἀκρίδων στρατόπεδον ἐκεῖνο, καὶ ἡ κάμπη καὶ ἐρυσίβη ταῦτα διηγέγετο τῷ δήμῳ παντί. καὶ τὰ

ἐπὶ

ἐπὶ τῆς ἐρήμου τεράστια, τὸ μάννα, ὁ στῦλος, ἡ νεφέλη, ἡ ὀρτυγομήτρα, τὰ ἄλλα πάντα ἀντὶ βιβλίου τότε αὐτοῖς ἐγένετο καὶ γραμμάτων οὐδέποτε ἐξαλειφομένων, ἔναυλον καθ' ἑκάστην ἡμέραν παρεχόμενα αὐτοῖς τὴν μνήμην, καὶ ἐνηχοῦντα αὐτῶν τὴν διάνοιαν. ἀλλ' ὅμως μετὰ τοσαύτην καὶ τηλικαύτην πρόνοιαν, μετὰ τὰς εὐεργεσίας τὰς ἀφάτους ἐκείνας, μετὰ τὸ μέγεθος τῶν θαυμάτων, μετὰ τὴν κηδεμονίαν τὴν ἄρρητον, μετὰ τὴν διδασκαλίαν τὴν διηνεκῆ, μετὰ τὴν κατήχησιν τὴν ἀπὸ τῶν ῥημάτων, μετὰ τὴν παραίνεσιν τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων, μετὰ τὰς νίκας τὰς λαμπρὰς, μετὰ τὰ τρόπαια τὰ παράδοξα, μετὰ τὴν τῶν τραπεζῶν ἀφθονίαν, μετὰ τὴν δαψίλειαν τῶν ναμάτων ἐκείνων, μετὰ τὴν ἄφατον δόξαν, ἣν περιεβάλλοντο παρὰ παντὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει· ἐπεὶ δὴ ἀγνώμονες ἦσαν καὶ ἀναίσθητοι, μόσχον προσε-

que in solitudine, manna, columna, nubes, ortygometra, cetera omnia fuerunt eis vice libri & literarum, quæ nunquam delentur, cùm memoriam eis quotidie refricarent, & ipsorum animo insonarēt. Veruntamen post tantam tamq; multiplicem prouisionem, post ineffabilia illa beneficia, post tanta miracula, post inenarrabilem curam, post longam institutionem, post instructionem verborum, post adhortationem ipsarum rerum, post insignes victorias, post admirabilia trophæa, post lautitiam mensarum, post vbertatem illarum aquarum, post ineffabilem gloriam, quam apud hominum genus vniuersum fuerant consecuti: ingrati & stupidi cùm essent,

sent, vitulum adorauerunt, & bouis caput coluerunt; Deosque sibi fieri postulârunt, cùm recentia beneficiorum Dei in Ægypto acceptorum monumenta tenerent, ac multis etiam aliis adhuc fruerentur. Niniuitarum verò populus barbarus cùm esset atque alienigena, nihilque horum participâsset, non paruum, non magnum, non orationes, non miracula, non res, non verba; vidissetque hominẽ ex naufragio conseruatum, nunquam secum antea versatum, sed tum primùm visum, ingressum, ac dicentem: Adhuc tres dies, & Niniue subuertetur: adeò nudis hisce verbis mutati ac meliores facti sunt, & deposita priori vitiositate ad virtutem per pœnitentiam contenderunt, vt decretum Dei reuocarent, nutantem vrbem sisterent.

κύνησαν, καὶ βοὸς κεφαλὴν ἐθεράπευον· καὶ θεοὺς ἐπεζήτουν αὐτοῖς γενέσθαι, νεαρὰ τὰ ὑπομνήματα τῶν ἐν Αἰγύπτῳ εὐεργεσιῶν ἔχοντες τοῦ θεοῦ, καὶ πολλῶν καὶ ἄλλων ἀπολαύοντες ἔτι. Ὁ δὲ τῶν Νινευιτῶν δῆμος βάρβαρος ὢν καὶ ἀλλόφυλος, οὐδενὸς τούτων μετεσχηκὼς, οὐ μικροῦ, οὐ μεγάλου, οὐ λόγων, οὐ θαυμάτων, οὐκ ἔργων, οὐ ῥημάτων, ἐπειδὴ ἄνθρωπον εἶδον ἐκ ναυαγίου διασωθέντα, οὐδέ ποτε αὐτοῖς συγγενόμενον ἔμπροσθεν, ἀλλὰ τότε πρῶτον ὀφθέντα, εἰσελθόντα καὶ εἰπόντα, ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται· οὕτως ἀπὸ τῶν ψιλῶν τούτων ῥημάτων μετεβάλλοντο καὶ βελτίους ἐγένοντο, καὶ τὴν προτέραν ἀποθέμενοι κακίαν, πρὸς ἀρετὴν διὰ μετανοίας ὥδευσαν, ὡς ἀπόφασιν ἀνακαλέσασθαι θεοῦ, καὶ σειομένην στῆσαι πόλιν,

καὶ

καὶ θεήλατον ὀργὴν ἀποκρούσασθαι, καὶ πάσης ἀπαλλαγῆναι κακίας. εἶδε γὰρ ὁ θεός φησιν, ὅτι ἀπέστη ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν κύριον. πῶς ἀπέστη, εἰπέ μοι; καί τοι μεγάλη ἦν αὐτῶν ἡ κακία, ἄφατος ἡ πονηρία, δυσίατα τὰ ἕλκη. καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ προφήτης ἔλεγεν· Ἀνέβη ἡ κακία αὐτῶν ἕως τοῦ οὐρανοῦ· τῷ διαστήματι τοῦ τόπου, τὸ μέγεθος τῆς κακίας αὐτῶν ἐνδεικνύμενος. ἀλλ᾽ ὅμως τὴν τοσαύτην πονηρίαν, τὴν οὕτω κορυφωθεῖσαν καὶ ὑψωθεῖσαν ὡς καὶ ἕως τοῦ οὐρανοῦ φθάσαι, ταύτην ἐν τρισὶν ἡμέραις, ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ διὰ ῥημάτων ὀλίγων, ἃ παρ᾽ ἑνὸς ἤκουσαν ἀνθρώπου, ἀγνώστου, ξένου, ναυαγοῦ γεγενημένου, οὕτω κατέλυσαν, οὕτως ἠφάνισαν, οὕτως ἐκποδὼν ἐποίησαν εἶναι, ὡς τοιαύτης ἀπολαῦσαι φωνῆς, Ὅτι εἶδεν ὁ θεὸς, ὅτι ἀπέστη

diuinitus impendentem iram propulsarent, omniq; afflictione liberarẽtur. Vidit enim Deus, inquit, quia auersus est vnusquisque de via sua mala, & conuersus est ad Dominum. Quomodo conuersus est, dic mihi? atqui magna eorum erat malitia, ineffabilis nequitia, vlcera curatu difficilia. idq; vt indicaret Propheta, dixit: Ascendit malitia eorum vsq; ad cœlum: distantia loci, magnitudinem malitiæ ipsorũ significauit. Sed tamen tantam nequitiam, vsq; adeò elatã & exaltatam, vt ad cœlum quoque pertingeret, tribus diebus, breui temporis momẽto, paucis verbis, quæ ab vno homine audiuerant, ignoto, hospite, naufragium passo, ita profligauerũt, ita aboleuerunt, ita è medio sustulerũt, vt tali voce recrearẽtur: Vidit Deus quia

auer-

auerſus eſt vnuſquiſque de via ſua mala, & pœnituit eum ſuper malitia, quam locutus fuerat Deus vt faceret eis. Vidéſne ſobrium ac vigilantem non modò ab hominibus non lædi, verùm etiam iram diuinitus impendentem auertere? qui verò ſemet ipſe prodat ac noceat, etſi infinita accipiat beneficia, non multum lucri facere? ſic enim neque illis profuerunt tanta portenta, neque his obfuit iiſdem caruiſſe. Verùm cùm natura forent candidi, exiguum nacti momentum meliores euaſerunt, quanquam barbari & alienigenæ, inauditis omnibus diuinis oraculis, longeq́ à Palæſtina diſsiti. Quid verò illorum trium puerorum, dic mihi, virtuti ſuperuenientia mala offecerunt? an non adhuc iuuenes, & admodũ quidem

ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτῶν τῆς πονηρᾶς, καὶ μετενόησεν ἀπὸ τῆς κακίας ἧς εἶπεν ὁ θεὸς, ποιῆσαι αὐτοῖς. ὁρᾷς ὅτι ὁ μὲν νήφων, καὶ ἐγρηγορὼς οὐ μόνον παρὰ ἀνθρώπων οὐδὲν ἀδικεῖται, ἀλλὰ καὶ θεήλατον ὀργὴν ἀνατρέπει; ὁ δὲ οἴκοθεν ἑαυτὸν προδιδοὺς καὶ καταβλάπτων, κἂν μυρίας εὐεργεσίας ἀπολάβῃ, οὐδὲν μέγα κερδαίνει; οὕτω γοῦν οὐδὲ ἐκείνους ὠφέλησε τὰ τοσαῦτα σημεῖα, οὐδ' αὐτοὺς τούτους τὸ μὴ μετασχεῖν τούτων παρέβλαψεν· ἀλλ' ἐπειδὴ οἴκοθεν ἦσαν εὐγνώμονες, μικρᾶς ἐπιλαβόμενοι ῥοπῆς, βελτίους ἐγένοντο, καίτοι βάρβαροι ὄντες καὶ ἀλλόφυλοι καὶ πάντων ἀνήκοοι τῶν θείων χρησμῶν, καὶ πόρρω που τῆς παλαιστίνης ἀπῳκισμένοι. Τί δὲ τῶν παίδων τῶν τριῶν, εἰπέ μοι, τὴν ἀρετὴν τὰ ἐπελθόντα κακὰ ἐλυμήνατο; οὐχὶ ἔτι νέοι ὄντες καὶ νέοι κομιδῆ, ἐν

ἡλικίᾳ

ἡλικίᾳ ἀώρῳ τὴν χαλεπὴν ἐκείνην ὑπέμειναν τιμωρίαν καὶ αἰχμαλωσίαν, καὶ τὴν μακρὰν ἀπεδήμησαν ἀποδημίαν, καὶ πατρίδος καὶ οἰκίας, καὶ ναοῦ καὶ βωμοῦ καὶ θυσιῶν, καὶ προσφορῶν καὶ σπονδῶν, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ ψάλλειν, εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἐλθόντες γῆν, ἐχωρίσθησαν; οὐ γὰρ ἡ οἰκία αὐτοῖς μόνον ἄβατος ἦν, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῆς λατρείας ἐντεῦθεν εἴδη. οὐχὶ βαρβαρικαῖς ἐξεδόθησαν χερσί, καὶ λύκοις μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις, καὶ τὸ δὴ χαλεπώτατον, εἰς μακρὰν οὕτω διακειμένην, καὶ βάρβαρον ἀποικισθέντες γῆν, καὶ αἰχμαλωσίαν χαλεπωτάτην; οὐ διδάσκαλον εἶχον, οὐ προφήτην, οὐκ ἄρχοντα; Οὐ γάρ ἐστι, φησιν, ἄρχων, οὐδὲ προφήτης, καὶ ἡγούμενος, οὐδὲ τόπος τοῦ καρπῶσαι ἐνώπιόν σου, καὶ εὑρεῖν ἔλεος. ἀλλὰ καὶ εἰς βασιλικὴν οἰκίαν,

iuuenes, immatura ætate graue illud subiêre supplicium & captiuitatem, longam peregrinationem peregrinati sunt, à patria, domo, templo, altari, sacrificiis, oblationibus, libationibus, ab ipso quoque psalmorum cantu, vbi in alienam regionem venerunt, separati sunt? non enim domus eis duntaxat eam ob caussam inaccessa erat, sed multa quoque diuini cultus genera. An non barbarorum manib. dediti sunt, lupis potius quàm hominibus, & quod est grauißimum, in tam lõgè dissitam ac barbaram abducti terram, & seruitutem grauißimam, non magistrum habebant, non prophetam, non principẽ; Nã enim est, inquit, princeps, neq; Propheta, neq; Dux, neq; locus sacrificãdi coram te, & inueniendi misericordiam. Quin etiam in domum regiam,

tanquã in ſcopulum quendam ac præcipitium, & pelagus ſaxis petríſque ſub aqua latentibus refertum, introducti ſunt ſine gubernatore, ſine proreta, ſine nautis, ſine velis ſæuum illud mare nauigare coacti; atque in aula regia tanquam in carcere incluſi. Cùm enim philoſophari nôſſent, & rebus ſecularibus eſſent ſuperiores, omnem quoq; humanum faſtum conculcâſſent, alaſq; ſibi leues reddidiſſent, acceſſionem malorum, etiam illam commorationem eſſe exiſtimabant. Si enim foris fuiſſent, & in domo priuata, maiori libertate fruituri erant: at verò introducti in illum carcerem (carcere namq; omnem illã ſplẽdoris & magnificentiæ ſpeciẽ, & præcipitiis ſcopuliſq; nihilo cenſebãt eſſe meliorẽ) continuò grauem

ὡς εἰς σκόπελόν τινα, καὶ κρημνὸν καὶ πέλαγος ὑφάλων γέμον καὶ σπιλάδων, οὕτως εἰσήχθησαν χωρὶς κυβερνήτου, καὶ πρῳρέως, καὶ ναυτῶν, καὶ ἱστίων, ἀναγκαζόμενοι τὴν χαλεπὴν ἐκείνην θάλατταν πλεῖν· καὶ καθάπερ ἐν δεσμωτηρίῳ ταῖς βασιλικαῖς αὐλαῖς ἐναπειλημμένοι. ἐπειδὴ γὰρ φιλοσοφεῖν ᾔδεσαν, καὶ τῶν βιωτικῶν ἦσαν ἀνώτεροι πραγμάτων, καὶ τὸν τῦφον ἅπαντα κατεπάτησαν τὸν ἀνθρώπινον, καὶ κοῦφον αὐτοῖς τὸ πτερὸν εἰργάσαντο, προσθήκην κακῶν, καὶ τὴν αὐτόθι διατριβὴν ἐνόμιζον εἶναι. ἔξω μὲν γὰρ ὄντες, καὶ ἐν ἰδιωτικῇ οἰκίᾳ πλείονος ἔμελλον ἀπολαύσεσθαι τῆς ἐξουσίας· εἰς δὲ τὸ δεσμωτήριον εἰσαχθέντες ἐκεῖνο (δεσμωτηρίου γὰρ τὴν φαντασίαν ἅπασαν ἐκείνην καὶ κρημνῶν καὶ σκοπέλων οὐδὲν ἄμεινον εἶναι ἐνόμιζον) εὐθέως δυσκολίαν ὑπέ-

ὑπέμειναν χαλεπήν· ὁ μὲν γὰρ βασιλεὺς ἐκέλευσε κοινωνοὺς αὐτοὺς τῆς τραπέζης εἶναι τῆς ἑαυτοῦ, τῆς συβαριτικῆς ἐκείνης, καὶ ἀκαθάρτου καὶ βεβήλου, αὐτοῖς δὲ ἀπηγορεύετο τοῦτο, καὶ θανάτου χαλεπώτερον εἶναι ἐδόκει· καὶ μόνοι καθάπερ ἀρνία λύκων μεταξὺ τοσούτων ἦσαν ἀπειλημμένοι. καὶ ἀνάγκη ἦν, ἢ λιμῷ τήκεσθαι (μᾶλλον δὲ καὶ τὴν ἐπὶ θάνατον ἄγεσθαι) ἢ τῶν κεκωλυμένων ἀπογεύεσθαι ἐδεσμάτων. τί οὖν ποιοῦσιν οἱ νέοι, οἱ ἐν ὀρφανίᾳ, οἱ αἰχμάλωτοι, οἱ ξένοι, οἱ δοῦλοι, τῶν ταῦτα κελευόντων; οὐκ ἐνόμισαν ἀρκεῖν αὐτοῖς εἰς ἀπολογίαν, τὴν ἀνάγκην, οὐδὲ τὴν τυραννίδα τοῦ τὴν πόλιν ἔχοντος· ἀλλὰ πάντα μηχανῶνται, καὶ πραγματεύονται, ὥστε τὴν ἁμαρτίαν φυγεῖν, καίτοι πανταχόθεν προδεδομένοι. οὔτε γὰρ χρήμασι πείθειν ἠδύναντο· πῶς γὰρ οἱ αἰχμάλωτοι; οὐ φιλίᾳ καὶ συνουσίᾳ.

difficultatē sustinuêre. Rex enim eos illius voluptuosæ impuræq; & pphanæ mensæ suæ iussit esse socios, id quod eis interdictum erat, & morte grauius videbatur: ac soli velut agni in medio tot luporum erant inclusi. Necesse erat aut fame tabescere (imò verò ad mortem rapi) aut prohibita edulia degustare. Quid ergo faciunt iuuenes, orphani, captiui, peregrini, serui illorum qui hæc imperabant? non existimârunt necessitatem sibi ad excusationem sufficere, neq; tyrannidem eius, qui vrbem obtinebat; sed omnia machinabantur moliebanturq;, vt peccatum effugerent, omni licet ex parte deserti. Neque enim pecuniis persuadere poterant, vtpote captiui; non amicitia & familiaritate,

vtpote peregrini, non potentia superare, vtpote serui; non multitudine vincere, vtpote tres tantùm. Accedunt igitur ad eunuchum, qui eam potestatem obtinebat, eiq́ verbis persuadent. Cùm enim inuenissent eum trepidum ac timidum, déque salute sua solicitum, & metus mortis intolerandus animum eius concuteret: Timeo enim ego, inquit, dominum meum regem, ne quãdo videat vultus vestros macilentiores præ ceteris adolescentulis coæuis vestris, & condemnetis caput meum regi: eo timore liberatum inducũt, vt daret ipsis eam gratiam. Ac postquã omne officium suũ fecissent, Deus quoque deinceps fecit suum. Neque enim solius Dei erat præclarum illud facinus (nam quid illo mercedis loco essent acceptu-

πῶς γὰρ οἱ ξένοι; οὐ δυναστείᾳ περιγενέσθαι· πῶς γὰρ οἱ δοῦλοι; οὐ πλήθει κρατῆσαι· πῶς γὰρ οἱ τρεῖς μόνοι; προσελθόντες τοίνυν πείθουσι τὸν εὐνοῦχον ἐκεῖνον λόγοις, τὸν ταύτην ἔχοντα τὴν ἐξουσίαν. ἐπειδὴ γὰρ εὗρον αὐτὸν περιδεῆ καὶ τρέμοντα, καὶ περὶ τῆς οἰκείας σωτηρίας ἀγωνιῶντα, καὶ φόβος ἀφόρητος ἦν ὁ περὶ τοῦ θανάτου κατασείων αὐτοῦ τὴν ψυχήν. Φοβοῦμαι γὰρ ἐγώ φησι τὸν κύριόν μου τὸν βασιλέα, μήποτε ἴδῃ τὰ πρόσωπα ὑμῶν σκυθρωπὰ ὑπὲρ τὰ παιδάρια τὰ συνήλικα ὑμῶν, καὶ καταδικάσητε τὴν κεφαλήν μου τῷ βασιλεῖ· ἀπαλλάξαντες αὐτὸν τούτου τοῦ δέους πείθουσι δοῦναι τὴν χάριν. καὶ ἐπεὶ δὴ πάντα τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσήνεγκαν, καὶ ὁ θεὸς τὰ παρ' ἑαυτοῦ λοιπὸν εἰσέφερεν. οὐ δὲ γὰρ τοῦ θεοῦ μόνου τὸ κατόρθωμα ἦν (ἐπεὶ τί ἔμελλον ἐκεῖνοι μισθὸν λαμβάνειν;)

γειν;) ἀλλὰ τῆς ἐκείνων γνώμης ἡ ἀρχὴ καὶ τὰ προοίμια, ἣν παρασχόμενοι γενναίαν καὶ ἀνδρείαν, ἐπεσπάσαντο τοῦ Θεοῦ τὴν ῥοπήν. καὶ εἰς τέλος ἤγαγον, ὅπερ ἐσπούδαζον. ὁρᾷς ὅτι τὸν μὴ ἑαυτὸν ἀδικοῦντα, οὐδεὶς ἕτερος παραβλάψαι δυνήσεται; ἰδοὺ γοῦν καὶ νεότης καὶ αἰχμαλωσία, καὶ ὀρφανία, καὶ εἰς ἀλλοτρίαν ἀπαγωγή, καὶ μόνωσις, καὶ ἐρημία τῶν προστησόντων, καὶ ἐπίταγμα χαλεπὸν, καὶ φόβος θανάτου πολὺς ἐπιτειχίζων τοῦ εὐνούχου τὴν διάνοιαν, καὶ πενία, καὶ ὀλιγότης, καὶ τὸ ἐν μέσῳ βαρβάρων εἶναι, καὶ τὸ τοὺς ἐχθροὺς ἔχειν δεσπότας, καὶ τὸ εἰς αὐτὰς ἐκδεδόσθαι τὰς χεῖρας τὰς βασιλικὰς, καὶ τῶν οἰκείων ἁπάντων ὁ χωρισμὸς, καὶ ἱερέων καὶ προφητῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπιμελουμένων αὐτῶν ἀλλοτρίωσις, καὶ σπονδῶν καὶ θυσιῶν

ri) sed principium & exordia proficiscebantur ab illorum animo quem cùm præstitissent generosum ac fortem, Dei fauorem sibi conciliârunt, & ad finem, quod moliebantur, perduxerunt. Vides, qui seipse nō lædit, ei neminem alium posse nocere? Ecce enim nec iuuentus, neq; captiuitas, neq; orbitas, neq; abductio in regionem alienam, nec solitudo & destitutio eorum, qui ab ipsis starēt, nec mandatum graue, nec magnus mortis timor, qui eunuchi cingebat animū, nec paupertas, nec paucitas, non quòd in medio barbarorum essent, nō quòd hostes haberent dominos, non quòd in ipsius regis manus essent traditi, neq; cognatorum omnium separatio, neq; sacerdotū & prophetarū & aliorum, qui curā ipsorū gerebant, alienatio, nec libationū & sacrificiorum

 cessa-

cessatio, neque templi & psalmorum ademptio, neq; quidquã horum eis nocuit; sed tum in maiori gloria fuerunt, quàm cùm iis reb. in patria sua fruerentur. Hoc primo certamine perfecto, insigni corona rediміti, lege in aliena quoque regione seruata, conculcato tyranni mandato, victo dæmonis terrore, neque vllo vlla ex parte damno affecti; quasi domi sederent, & omnibus illis fruerentur, opere ita liberè perfecto, ad alios rursus agones sunt vocati. Iterum erant iidem, & certamen priore difficilius ipsis proponebatur (animus incendebatur, barbaricus aduersum eos exercitus cum rege instruebatur velut in acie, tota Persica potentia incitabatur, omnia ad fraudem ac vim ipsis afferendam comparabantur; di-

ἀργία, καὶ ναοῦ καὶ ψαλμῶν ἀφαίρεσις. καὶ οὐδὲν τούτων αὐτοὺς παρέβλαψεν· ἀλλὰ τότε μειζόνως εὐδοκίμησαν, ἢ ὅτε τούτων ἀπήλαυον ἐπὶ τῆς πατρίδος τῆς ἑαυτῶν. καὶ πρῶτον ἆθλον ἀνύσαντες τοῦτο, καὶ λαμπρὸν ἀναδησάμενοι τὸν στέφανον, καὶ τὸν νόμον καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ τηρήσαντες, καὶ ἐπίταγμα καταπατήσαντες τυραννικὸν, καὶ φόβον νικήσαντες τοῦ ἀλάστορος, καὶ μηδὲν μηδαμόθεν παραβλαβέντες· ὥσπερ οἴκοι καθήμενοι, καὶ πάντων ἐκείνων ἀπολαύοντες, οὕτω τὸ ἔργον μετὰ ἀδείας ἀνύσαντες, ἐφ' ἕτερα πάλιν ἐκαλοῦντο σκάμματα. καὶ πάλιν ἦσαν οἱ αὐτοί. καὶ ἀγὼν τοῦ προτέρου χαλεπώτερος αὐτοῖς ἐπετίθετο. καὶ κάμινος ἀνήπτετο, καὶ βαρβαρικὸν πρὸς αὐτοὺς στρατόπεδον μετὰ τοῦ βασιλέως παρετάττετο. καὶ ἡ περσικὴ πᾶσα δύναμις ἐκινεῖτο, καὶ πάντα πρὸς ἀπάτην αὐτῶν ἐπετηδεύετο, καὶ βίαν· καὶ μυσι-

μουσικῆς εἴδη διάφορα καὶ κολάσεων ποικίλοι τρόποι, καὶ ἀπειλαί, καὶ ὄψις πάντοθεν ἦν φοβερά, καὶ ῥήματα ὄψεως φοβερώτερα· ἀλλ᾽ ὅμως ἐπειδὴ ἑαυτοὺς οὐ προέδωκαν, ἀλλὰ τὰ παρ᾽ ἑαυτῶν πάντα εἰσενηνόχασιν, οὐδὲν οὐδέ ποτε παρεβλάβησαν· ἀλλὰ καὶ λαμπροτέρους τῶν προτέρων ἀνεδήσαντο τοὺς στεφάνους. ἔδησε μὲν γὰρ αὐτοὺς ὁ Ναβουχοδονόσορ, καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὴν κάμινον, οὐ μὴν παρέβλαψεν, ἀλλὰ καὶ μειζόνως ὠφέλησε, καὶ ἐνδοξοτέρους εἰργάσατο. καὶ οὔτε τὸν ναὸν (πάλιν γὰρ τὰ αὐτὰ ἐρῶ) οὔτε θυσιαστήριον, οὐ πατρίδα, οὐχ ἱερέας, οὐ προφήτας ἔχοντες, ἐν ἀλλοτρίᾳ καὶ βαρβάρῳ χώρᾳ, ἐν αὐτῇ μὲν οὖν μέσῃ τῇ καμίνῳ, μεταξὺ τοῦ στρατοπέδου παντὸς ἐκείνου, τοῦ βασιλέως τοῦ ταῦτα ἐργαζομένου θεωροῦντος, λαμπρὸν ἀνεστήσαντο τὸ τρόπαιον, καὶ περιφανῆ νίκην

uersa cantionum genera, variæ suppliciorum formæ, minæ, aspectus omni ex parte terribilis, & verba aspectu terribiliora: sed tamen quoniam semetipsi nō prodiderunt, sed omnem suam operam contulerunt, nihil vnquā damni acceperunt: quin etiam coronis quàm priores fuerant illustrioribus redimiti sunt. Vinxit enim eos Nabuchodonosor, & in caminum coniecit, non tamen damno, quin potius etiam commodo affecit, & illustriores reddidit. Cumq; nec templum (iterum enim eadem dicam) neq; altare, non patriam, non sacerdotes, non prophetas haberēt, in aliena & barbara regione, in medio camini, totiusq; illius exercitus, rege harū rerū auctore spectante, splendidum statuerunt trophæum & insignem reportârunt

victoriam, admirabili illa & inopinata cantione decantata, quae ex illo etiamnum vbiq; terrarum cantatur, & cantabitur etiam in poſtera ſecula. Sic ergo ſi nemo ſeipſum lædat, ab alio lædi non poterit. non enim ceſſabo hoc dictum continenter decantare. Nam ſi captiuitas, ſeruitus, ſolitudo, patriæ amiſſio, & omnium cognatorum, mors, incendium, tantus exercitus, tyrannus tam crudelis non valuerunt tribus pueris, iuuenibus, captiuis, ſeruis, peregrinis, in aliena regione verſantibus quicquam nocere quoad ſuam ipſorum virtutem, ſed maioris etiam loquendi libertatis occaſio fuerunt illæ inſidiæ: quid ſobrium lædere poterit? non eſt quidquam, etſi totum orbem aduerſarium

ἤραντο, τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην καὶ παράδοξον ᾄσαντες ᾠδήν, τὴν καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐξ ἐκείνου πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ᾀδομένην, καὶ ᾀσθησομένην δὲ καὶ εἰς τὰς μετὰ ταῦτα γενεάς. Οὕτως οὖν ὅταν μηδεὶς ἑαυτὸν ἀδικῇ, οὐδὲν παρ' ἑτέρου βλαβῆναι δυνήσεται. οὐ γὰρ παύσομαι συνεχῶς τοῦτο ἐπᾴδων τὸ ῥῆμα. εἰ γὰρ αἰχμαλωσία καὶ δουλεία, καὶ μόνωσις, καὶ πατρίδος ἀποβολή, καὶ τῶν οἰκείων ἁπάντων, καὶ θάνατος, καὶ ἐμπρησμός, καὶ στρατόπεδον τοσοῦτον, καὶ τύραννος οὕτως ὠμὸς οὐκ ἴσχυσαν παῖδας τρεῖς νέους αἰχμαλώτους, δούλους, ξένους, ἐπ' ἀλλοτείας ὄντας λυμήνασθαί τι εἰς τὴν οἰκείαν αὐτῶν ἀρετήν, ἀλλὰ καὶ μείζονος αὐτοῖς παρρησίας γέγονε πρόφασις, ἡ ἐπιβουλή· τί τὸν νήφοντα παραβλάψαι δυνήσεται; οὐκ ἔστιν οὐδέν, κἂν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔχῃ πολεμοῦσαν αὐτῷ.

αὐτῷ. Ἀλλ' ὁ θεὸς τότε, φησί, παρέστη αὐτοῖς, καὶ ἐξήρπασεν αὐτοὺς τῆς φλογός. μάλιστα μὲν οὖν, καὶ σὺ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα ἐὰν παράσχῃς, τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ ἕψεται πάντως. πλὴν ἀλλ' ἐγὼ τοὺς παῖδας ἐκείνους οὐ διὰ τοῦτο θαυμάζω καὶ μακαρίζω, καὶ ζηλωτοὺς εἶναί φημι, ὅτι τὴν φλόγα κατεπάτησαν, καὶ τῆς τοῦ πυρὸς ἐνεργείας κρείττους ἐγένοντο· ἀλλ' ὅτι ὑπὲρ τῶν ἀληθῶν ἐδέθησαν δογμάτων, καὶ εἰς κάμινον ἐνεβλήθησαν, καὶ τῷ πυρὶ παρεδόθησαν. ἐνταῦθα γὰρ αὐτοῖς ἅπαν τὸ τρόπαιον ἀπήρτισται, καὶ ὁμοῦ κατενεχθεῖσιν εἰς τὴν κάμινον, στέφανος ἐπετίθετο· καὶ ἀπὸ τῶν ῥημάτων ὧν ἐκείνων ἤρξατο πλέκεσθαι, καὶ πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως, ἃ μετὰ πολλῆς τῆς παρρησίας καὶ τῆς ἐλευθεροστομίας πρὸς τὸν βασιλέα ἀχθέντες εἰς μέσον ἔλεγον. Οὐ χρείαν ἔχομεν ἡμεῖς περὶ τοῦ ῥήματος τούτου

haberet. At Deus tum, inquit, eis astitit, eósque ex flamma eripuit. maximè id quidem; tu quoque si omnia, quæ à te requiruntur, præstiteris, diuinum auxilium sequetur omnino. Veruntamen ego pueros non eò miror, beatósque ac felices æstimo, quòd flammam conculcârunt, & vim ignis vicerunt; sed quod verorum dogmatum caussa vincti, in caminum coniecti, & igni traditi sunt. Hic enim eis totum trophæum absolutum est, & simul atque in caminum coniecti sunt, imposita corona, & ab illis verbis texi cœpta etiam ante rerum euentum, quæ magna cum fiducia libertateque loquendi ad regem ducti in medium protulerunt; Non oportet nos de hac re re-

spondere tibi. Potest enim Deus noster in cœlis, quem nos colimus, eripere nos ex camino ignis ardentis, & de tuis manibus, ô Rex, liberabit nos. sin minus notum sit tibi rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus. Iam inde ab illis verbis eos victores pronuncio, iam inde ab illis reportato victoriæ præmio ad insignem martyrij coronam, confeßioni verborum addita confeßione rerum, cucurrerunt. Sin ignis reueritus est immissa eorum corpora, & vincula soluit, securum descensum præbuit, suæ virtutis oblitus, & caminus ignis factus est fons frigidarum aquarum: id iam diuinæ gratiæ, & supernæ stupendarum rerum effectionis miraculũ fuit. Quare athletæ

ἀποκριθῆναί σοι. ἔστι γὰρ ὁ θεὸς ἡμῶν ἐν οὐρανοῖς, ᾧ ἡμεῖς λατρεύομεν, ἱκανὸς ἐξελέσθαι ἡμᾶς ἐκ τῆς καμίνου τοῦ πυρὸς τῆς καιομένης· καὶ ἐκ τῶν χειρῶν σου βασιλεῦ ῥύσεται ἡμᾶς. καὶ ἐὰν μὴ, γνωστὸν ἔστω σοι βασιλεῦ ὅτι τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ, ᾗ ἔστησας, οὐ προσκυνοῦμεν. ἀπὸ τούτων αὐτοὺς τῶν ῥημάτων ἀνακηρύττω, ἀπὸ τούτων τὸ βραβεῖον τῆς νίκης ἁρπάσαντες ἐπὶ τὸν λαμπρὸν ἔδραμον τοῦ μαρτυρίου στέφανον, τῇ τῶν ῥημάτων ὁμολογίᾳ τὴν διὰ τῶν πραγμάτων προστιθέντες. εἰ δὲ ἐμβληθέντας ᾐδέσθη τὸ πῦρ αὐτῶν τὰ σώματα, καὶ τὰ δεσμὰ ἔλυσε, καὶ παρέσχε κάτω μετὰ ἀδείας βαδίζειν, καὶ τῆς οἰκείας ἐνεργείας ἐπελάθετο, καὶ πηγὴ ψυχρῶν ὑδάτων γέγονε τοῦ πυρὸς ἡ κάμινος· τοῦτο λοιπὸν τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος τὸ θαῦμα ἦν, καὶ τῆς ἄνωθεν παραδοξοποιίας. ὡς οἵ γε ἀθληταὶ

καὶ

καὶ πρὶν ἢ ταῦτα γενέσθαι ὁμοῦ τῆς φλογὸς ἐπιβάντες, καὶ τὸ τρόπαιον ἔστησαν, καὶ τὴν νίκην ἤραντο, καὶ τὸν στέφανον ἀνεδήσαντο, καὶ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ἀνεκηρύχθησαν, καὶ τὸ λεῖπον αὐτοῖς εἰς εὐδοκίμησιν, οὐδὲν ἦν. τί οὖν ἂν ἔχοις πρὸς ταῦτα εἰπεῖν; εἰς ὑπερορίαν ἀπηνέχθης, καὶ τῆς πατρίδος ἐξεβλήθης; ἰδοὺ καὶ οὗτοι. αἰχμαλωσίαν ὑπέμεινας, καὶ ὑπὸ βαρβάροις ἐγένου δεσπότης; ἀλλὰ καὶ τοῦτο εὑρήσεις τούτοις συμβάν. ἀλλ' οὐδένα ἔχεις ἐκεῖ παρόντα καὶ διορθούμενον τὰ σὰ, οὐδὲ νουθετοῦντα καὶ διδάσκοντα; καὶ ταύτης οὗτοι τῆς ἐπιμελείας ἦσαν ἐστερημένοι. ἀλλ' ἐδέθης; ἀλλ' ἐνεπρήσθης, ἀλλ' ἀπέθανες; οὐδὲν γάρ μοι τούτων χαλεπώτερον ἔχεις εἰπεῖν. ἀλλ' ἰδοὺ καὶ οὗτοι διὰ πάντων ἐλθόντες λαμπρότεροι δι' ἑκάστου τούτων ἐγένοντο, καὶ λίαν περιφανέστεροι, καὶ μείζονα τὴν

quidem prius etiam quàm hæc fierent, simul ac flammam ingreßi sunt, & trophæum statuerunt, & victoriam reportarunt, & corona redimiti, & in cœlo terráque deprædicati sunt, & nihil eis ad gloriam erat reliquum. Quid ergo dicere poteris? in exilium relegatus es, & patria eiectus? ecce etiam isti. Captiuitatem sustinuisti, & sub barbaris dominis fuisti? at hoc quoque istis contigisse reperies. At non habes ibi qui tibi adsit, résque tuas moderetur, neque qui te admoneat & doceat? Hac quoque isti cura erant fundati. At vinctus es? at combustus es? at mortuus es? nihil enim his potes dicere grauius. at ecce isti quoque per hæc omnia tetenderunt, & per eorum singula illustriores extiterunt, longéque clariores,

&

& cœlestes merces auxerunt. Iudæi quidem cùm haberent templum, altare, arcam, cherubin, propitiatorium, velum, infinitam sacerdotum multitudinem, cultum Dei quotidianum, sacrificia cùm matutina tum vespertina, & continenter Prophetas audirent lectos, viuos, mortuos, qui aures ipsorum personabant, miraculorum in Ægypto, in solitudine editorum, omnium aliorum memoriam renouarent, eaq́; manibus versarēt, in postibus inscripta haberent, rebusq́; multis tū supra naturalem potestatem confectis, ceteraq́; sui cura fruerentur, non modò nullo emolumento, verùm etiam damno sunt affecti, simulachris in ipso templo cultis, mactatis filiis & filiab. sub arboribus,

ἐμπορείαν τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς συνήγαγον. καὶ οἱ μὲν Ἰουδαῖοι καὶ ναὸν ἔχοντες, καὶ θυσιαστήριον καὶ κιβωτὸν, καὶ τὰ χερουβὶμ, καὶ τὸ ἱλαστήριον, καὶ τὸ καταπέτασμα, καὶ τὸ ἄπειρον τῶν ἱερέων πλῆθος, καὶ τὰς καθημερινὰς λατρείας, καὶ τὰς θυσίας τὰς ἑωθινὰς τὰς ἑσπερινὰς, καὶ συνεχῶς τῶν προφητῶν ἀκούοντες ἀναγινωσκομένων, τῶν ζώντων, τῶν τεθνηκότων, ἐνηχέντων αὐτῶν ταῖς ἀκοαῖς, καὶ τῶν θαυμάτων τὴν μνήμην περιφέροντες τῶν ἐν Αἰγύπτῳ, τῶν ἐν ἐρήμῳ, τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ ἐπὶ τῶν χειρῶν ταῦτα σαλεύοντες, ἐπὶ τῶν φλιῶν ἔχοντες ἐγγεγραμμένα, καὶ πολλῆς τῆς τότε θαυματουργίας ἀπολαύοντες, καὶ ἑτέρας ἐπιμελείας, οὐ μόνον οὐδὲν ὠφελήθησαν, ἀλλὰ καὶ παρεβλάβησαν ἐν αὐτῷ τῷ ναῷ εἴδωλα στήσαντες καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας σφάξαντες ὑπὸ δένδρα

&

καὶ πανταχοῦ σχεδὸν τῆς χώρας τῆς ἐν Παλαιστίνῃ τὰς παρανόμους ἐκείνας, καὶ ἐναγεῖς ἐργασάμενοι θυσίας. καὶ ἕτερα ἀτοπώτερα μυρία τολμήσαντες. οὗτοι δὲ ἐν βαρβάρῳ μέσῃ, ἐν πολεμίᾳ καὶ ἐχθρᾷ γῇ, ἐν οἰκίᾳ τυραννικῇ στρεφόμενοι, πάσης ἐκείνης τῆς ἐπιμελείας ἐστερημένοι, ἀπαγόμενοι, καιόμενοι, οὐ μόνον ἐντεῦθεν οὐδὲν παρεβλάβησαν, οὐ μικρὸν, οὐ μέγα· ἀλλὰ καὶ μειζόνως διέλαμψαν. ταῦτ' οὖν εἰδότες, καὶ τὰ τούτοις ἐοικότα συλλέγοντες ἀπὸ τῶν θεοπνεύστων καὶ θείων γραφῶν. πολλῶν γάρ ἐστιν εὑρεῖν τοιούτων ὑποδειγμάτων καὶ ἐπὶ διαφόρων προσώπων ἑτέρων, μήτε δυσκολίαν καιρῶν ἢ πραγμάτων, μήτε ἀνάγκην καὶ βίαν, καὶ τυραννίδα τῶν δυναστευόντων νομίζωμεν ἀρκεῖν ἡμῖν εἰς ἀπολογίαν, ἡνίκα ἂν πλημμελῶμεν. ὅπερ γὰρ ἀρχόμενος εἶπον, εἰς τοῦτο καὶ

& illis lege vetitis execranduq; sacris in omni propemodum agri Palastini loco factis, aliuq; facinoribus infinitis absurdioribus perpetratis. At verò isti in media barbaria, in terra hostili & inimica, in domo tyrannica versantes, omni illa cura destituti, ad supplicium abrepti, vsti, non solùm hinc lesi non sunt, non parum, non multum; verùm magis etiam claruerunt. His igitur cognitis, horumq; similibus è Scriptura diuinitus inspirata collectis (multa enim huiuscemodi suppeditant exempla in diuersis etiã personis aliis) neq; difficultatem temporum aut rerum, neq; necessitatem & vim ac tyrannidem potentium sufficere nobis existimemus ad defensionem, quando deliquerimus. Quod enim in principio dixi, in eo nũc

quo-

quoq; orationem terminabo; si quis damnum ac detrimentum accipiat, à seipso prorsus id, non ab aliis accipere, etsi infiniti sint, qui damna & iniurias inferant. Nam si quidem hæc à semetipso non accipiat, si totius terræ mariúq; incolæ communi consilio irruant, ne parum quidem lædere poterunt eum, qui in Domino vigilat ac sobrius est. Simus ergo, quæso, sobrij, & vigilemus semper, & acerba omnia generoso animo feramus, vt æternis illis & immortalibus bonis potiamur, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria & imperium nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

νῦν καταλύσω τὸν λόγον, ὅτι εἴτις βλάπτοιτο καὶ ἀδικοῖτο, παρ' ἑαυτοῦ πάντως τοῦτο πάσχει· οὐ παρ' ἑτέρων· κἂν μύριοι οἱ ἀδικοῦντες καὶ ἐπηρεάζοντες ὦσιν. ὡς εἴγε μὴ παρ' ἑαυτοῦ τοῦτο πάθοι, οἱ γῆν ἅπασαν καὶ θάλατταν οἰκοῦντες κοινῇ ἅπαντες, εἰ ἐπέλθοιεν, οὐδὲ μικρὸν τοῦτον παραβλάψαι δυνήσονται, τὸν ἐν κυρίῳ γρηγοροῦντα καὶ νήφοντα. Νήφωμεν τοίνυν παρακαλῶ, καὶ γρηγορῶμεν διὰ παντὸς καὶ φέρωμεν πάντα γενναίως τὰ λυπηρά, ἵνα τῶν αἰωνίων ἐκείνων καὶ ἀκηράτων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.





Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου

ΙΟΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟ-στόμου

περὶ προσευχῆς λόγος β'.



ΟΤΙ μὲν παντὸς ἀγαθοῦ κεφάλαιόν ἐστιν ἡ προσευχή, καὶ σωτηρίας καὶ ζωῆς αἰωνίου πρόξενος, ἀγνοεῖ τῶν ἁπάντων οὐδείς. ἀναγκαῖον δὲ ὅμως τὰ κατὰ δύναμιν λέγειν περὶ τοῦ πράγματος. ἵνα τοὺς μὲν εἰωθότας ζῆν ἐν προσευχαῖς, καὶ τῇ λατρείᾳ τοῦ θεοῦ προσέχειν ἐπιμελῶς, σπουδαιοτέρους ὁ λόγος ἀπεργάσηται· οἱ δὲ ῥαθυμότερον βεβιωκότες, καὶ προσευχῆς ἔρημον τὴν ψυχὴν ἀφέντες, τήν τε τοῦ παρελθόντος χρόνου ζημίαν μάθωσιν, καὶ μὴ προσαποστερήσωσιν ἑαυτοὺς

Eiusdem

S. IOANNIS CHRYSOSTOMI

DE PRECATIONE *oratio altera.*

POMPONIO BRVNELLO interprete.

QVanquam video neminem ignorare cùm bonorum omnium caput, ac fontem, tum salutis, immortalisq; vitæ conciliatricem esse precationem; de ea tamen, quæ nostra feret facultas, dicenda sunt: vt & qui mente tota, omniq; animi studio in eam incumbere consueuerunt, vehementius inflãmentur, & qui vitã abiectiore animo, à precibusq; remoto traduxerunt, præteriti temporis iacturam agnoscant, salutemq; suam reliquo vitæ tem-

tempore minimè afflictam, ac deſertam eſſe patiantur. Principio igitur illud inprimis de precatione dici poteſt, eum, qui precatur, cum Deo colloqui. Quantum verò ſit, hominem in diuinum colloquium venire, nemo eſt, qui neſciat. Verùm rei dignitatem quis verbis aſſequatur? Etenim huiuſmodi honos etiā Angelorum amplitudinē facile ſuperat. id quod illi, cùm probè intelligant, omnes ferè apud prophetas, cùm laudes, & cultum domino adferunt, ſummo cernuntur timore correpti; dum ora pedesq; præ veneratione tegūt: dum volatu, motuq; aßiduo, ſummam religionis trepidationē præ ſe ferunt. Quin etiam nos, vt opinor, monent, vt precādi tēpore humanæ naturæ obliuiſcamur, atq; veneratione, ac timore perculſi, nihil

τῆς σωτηρίας τὰ λειπόμενον τοῦ βίου μέρος. Εὐθὺς τοίνυν ἐκεῖνο μέγιστον περὶ εὐχῆς εἰπεῖν ἔχομεν, ὅτι πᾶς προσευχόμενος, τῷ θεῷ διαλέγεται. ὅσον δέ ἐστιν ἄνθρωπον ὄντα τῷ θεῷ λαλεῖν, ἀγνοεῖ μὲν οὐδείς. παραστῆσαι δὲ λόγῳ τὴν τιμήν, οὐκ ἄν τις δυνηθείη. αὕτη γὰρ ἡ τιμὴ καὶ τὴν τῶν ἀγγέλων ὑπεραίρει μεγαλοπρέπειαν. ὃ καλῶς ἐκεῖνοι ἐπιστάμενοι, πάντες φαίνονταί που παρὰ προφήταις σὺν πολλῷ τῷ φόβῳ τοὺς ὕμνους καὶ τὰς λατρείας τῷ δεσπότῃ προσάγοντες, καλύπτοντες μὲν καὶ πρόσωπα καὶ τοὺς πόδας ὑπὸ πολλῆς εὐλαβείας, τῇ δὲ πτήσει καὶ τῷ μὴ δύνασθαι μένειν ἐν ἡσυχίᾳ, τὸν πολὺν ἐνδεικνύμενοι φόβον· παιδεύοντες, οἶμαι, καὶ ἡμᾶς ἐπιλανθάνεσθαι μὲν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐν καιρῷ προσευχῆς, τῇ δὲ προθυμίᾳ καὶ τῷ φόβῳ συνεχομένους, μηδὲν

τῶν

τῶν παρόντων ὁρᾶν, ἀλλ' ἐν μέσῳ τῶν ἀγγέλων ἑστάναι νομίζειν, καὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνοις λατρείαν ἐπιτελεῖν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα πολὺ κεχωρισμένα τάτε ἐκείνων καὶ τὰ ἡμέτερα, καὶ φύσις, καὶ δίαιτα, καὶ σοφία, καὶ σύνεσις, καὶ πᾶν ὅ, τι ἂν εἴπη τις. προσευχῆς δὲ κοινὸν ἔργον ἀγγέλων ὁμοῦ καὶ ἀνθρώπων· καὶ οὐκ ἔστι μέσον οὐδὲν ἑκατέρας φύσεως, πάγε εἰς προσευχὴν. αὕτη σε χωρίζει τῶν ἀλόγων, αὕτη συνάπτει τοῖς ἀγγέλοις· ταχέως δέ τις εἰς τὴν ἐκείνων μεταστήσεται πολιτείαν, καὶ βίον, καὶ δίαιταν, καὶ τιμὴν, καὶ εὐγένειαν, καὶ σοφίαν, καὶ σύνεσιν, πάντα τὸν βίον ἐν προσευχαῖς, καὶ τῇ τοῦ θεοῦ λατρείᾳ σπουδάζων ἐσχολακέναι. τί γὰρ ἂν ὁσιώτερον γένοιτο τῶν ὁμιλούντων θεῷ; τί δὲ δικαιότερον; τί δὲ κοσμιώτερον; τί δὲ σοφώτερον; εἰ γὰρ οἱ σοφοῖς

ante oculos positum aspiciamus; sed in medio angelorũ choro nos esse, & eundem, quem illi, cultum Deo nos persoluere arbitremur. Etenim cetera illorum omnia, & nostra, vt natura, victus, sapientia, & quidquid dixerit quispiã, longo interuallo inter se distant: precationis autem officium est hominibus cõmune cum angelis, neque est aliquid, quod sit intermedium in iis, quæ ad precandum pertinent. Hac segregaris à pecudibus, hac te angelis iungit. hac breui sanè illorum reipublicæ, illorum vitæ, viuendiq; rationi, dignitati, nobilitati, sapientiæ, intelligentiæ adiungetur, qui omnem sibi vitam in precibus ponendam putabit. Quid enim sanctius iis fiat, qui Dei consuetudine perfruuntur? quid iustius, ornatius, sapientius? Nam si iis, qui sapientib. hominibus

familiariter vtuntur, ex assidua consuetudine, illorum prudentiae participes celeriter fiunt; quid de iis dicendum est, qui diuina consuetudine fruuntur, & cum Deo ipso colloquũtur? Quanta sapientia, quanta virtute, prudentia, probitate, moderatione replet ipsos oratio, & obsecratio? Itaq; nõ sanè is aberret, qui omnis virtutis, iustitiaéq; materiem esse precationem affirmet; neq; posse eorum aliquid, quae ad pietatem conducunt, precatione, & obsecratione nudum animum penetrare. Verùm vt vrbs mœnib. minimè septa facilè in hostium potestatẽ venerit; quod ita nemo illos propulsare poßit; sic precatione animum non communitum facilè diabolus in suam redigit potestatẽ, faciléque contaminat omnium turpitudine flagitio-

ἀνδράσιν λαλοῦντες, ὑπὸ τῆς συνεχοῦς ὁμιλίας εἰς ὁμοιότητα τῆς ἐκείνων φρονήσεως καθίστανται ταχέως, τί προσήκει λέγειν περὶ τῶν λαλούντων θεῷ καὶ προσευχομένων; ὅσης μὲν σοφίας, ὅσης δὲ ἀρετῆς, καὶ συνέσεως, καὶ καλοκἀγαθίας, καὶ σωφροσύνης, καὶ τρόπων ἐπιεικείας ἀναπίμπλησιν αὐτοὺς ἡ προσευχὴ καὶ ἡ δέησις; ὥστε οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι, πάσης ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης ἀφορμὴν εἶναι τὴν προσευχὴν ἀποφαινόμενος, καὶ μηδὲν δύνασθαι τῶν συντελούντων εἰς εὐσέβειαν εἰσελθεῖν εἰς ψυχὴν, προσευχῆς καὶ δεήσεως ἔρημον. ἀλλ' ὥσπερ ἀτείχιστος πόλις ῥᾳδίως ἂν ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γένοιτο, κατὰ πολλὴν τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν· οὕτω δὴ καὶ ψυχὴν μὴ τετειχισμένην προσευχαῖς, ῥᾳδίως ὁ διάβολος ὑφ' ἑαυτῷ ποιεῖται, καὶ πάσης ἁμαρτίας εὐχερῶς ἀναπίμπλησιν.

πλησιν. πρῶτον μὲν γὰρ ὅτ᾽ ἂν ἴδῃ ψυχὴν πεφραγμένην προσευχαῖς, οὐ τολμᾷ γενέσθαι πλησίον, δεδοικὼς τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν δύναμιν, ἣν αἱ προσευχαὶ παρέχουν, μᾶλλον τρέφουσαι τὴν ψυχὴν, ἢ τὰ σώματα σῖτος. ἔπειτα οἱ προσευχόμενοι σπουδαίως οὐχ ὑπομένουσιν οὐδὲν παθεῖν τῆς προσευχῆς ἀνάξιον, ἀλλ᾽ αἰσχυνόμενοι τὸν θεὸν, ᾧ διελέχθησαν ἄρτι, πᾶσαν ἀπωθοῦνται ταχέως τοῦ πονηροῦ μηχανὴν, ἐνθυμούμενοι παρ᾽ ἑαυτοῖς, ὅσον ἐστὶ κακὸν, ἄρτι τῷ θεῷ λαλήσαντα, καὶ δεηθέντα περὶ σωφροσύνης καὶ ὁσιότητος, εὐθὺς ἐπὶ τὸν διάβολον μεταστῆναι, καὶ παραδέξασθαι τῇ ψυχῇ τὰς αἰσχρὰς ἡδονὰς, καὶ δοῦναι τῷ διαβόλῳ πάροδον ἐπὶ τὴν διάνοιαν, ἣν ἄρτι θεὸς ἀπεσκέψατο, καὶ συγχωρῆσαι δαίμοσιν ἐμβατεύειν εἰς ψυχὰς, ἐν αἷς ἡ τοῦ πνεύματος

rum. Primũ enim cùm animam precibus viderit circumseptã, veritus robur ac vim, quã preces illi suppeditant; quæ animum magis alunt, quàm cibus corpora; propius nõ audet accedere: deinde, qui omni animi cura preces adhibent, nõ patiuntur aliquid precatione indignum in se admittere, sed Deum veriti, qui cum modo colloquuti sunt, omnes repẽte improbi hostis conatus repellunt; cũ secum ipsi cogitent, quanti sceleris sit, eum, qui nuper & Dei colloquio fruebatur, & pro temperantia & sanctitate impetranda illum obsecrabat, ad diabolum repente transfugere, & obscenis voluptatibus animum tradere constringendum; inq; mentem, quam Deus nuper inuisit, aditum diabolo patefacere; dæmonesq; admittere in animum, quem Spiritus sancti

F 2 *gratia*

gratia benignitate summa, ac prouidentia decorauerit. Id verò qua ratione fiat, accipe. Fieri nullo modo potest, vt homo sine diuini Spiritus ope diuinam ferat consuetudinē. verùm oportet hac præsente, & sanctos conatus prosequente, rem aggredi, genua flectere, obsecrare, precari. Cùm enim res humanas longè superet diuinus congressus; ingrediente in nos Spiritus sancti gratia, cōfirmemur, corroboremnr, honoris magnitudinem doceamur, necesse est. Itaque, cùm tibi esse cum Deo sermonem intellexeris, téque precaturum sancti Spiritus efficacitatem excipere; omnes aditus diabolo in animum iam diuino spiritu expiatum intercludes. Vt enim, qui sunt cum rege colloquuti, & illius humanitatis, facilitatis, honoris fructum ceperunt, à mendico-

χάρις πολλὴν ἐπεδείξατο φιλανθρωπίαν καὶ πρόνοιαν. καὶ ὅπως, ἄκουσον. ἀμήχανον ἀνθρώπῳ δυνηθῆναι θείαν ἐνεγκεῖν ὁμιλίαν ἄνευ τῆς ἐνεργείας τοῦ πνεύματος· ἀλλὰ δεῖ ταύτης παρούσης, καὶ συνεφαπτομένης τῶν ἁγίων ἀγώνων, οὕτως εἰσελθεῖν καὶ κάμψαι γόνατα, καὶ δεηθῆναι καὶ προσεύξασθαι. ἐπειδὴ γὰρ κρεῖττον ἢ κατὰ ἄνθρωπον λαλῆσαι θεῷ, δεῖ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος ἐλθοῦσαν εἰς ἡμᾶς, ἐπιῤῥῶσαι, καὶ θαῤῥῦναι, καὶ διδάξαι τῆς τιμῆς τὸ μέγεθος. ὅτ' ἂν οὖν μάθης ὅτι καὶ θεῷ λαλεῖς, καὶ πνεύματος ἐνέργειαν ἐδέξω διαλέγεσθαι μέλλων, οὐδεμίαν δώσεις τῷ διαβόλῳ πάροδον ἐπὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἡγιασμένην ὑπὸ τοῦ πνεύματος· ὥσπερ γὰρ οἱ βασιλεῖ διαλεχθέντες, καὶ λόγων ἡμέρων καὶ τιμῆς ἀπολαύσαντες, οὐκ ἀξιοῦσιν ἐλθεῖν εἰς

ὁμιλίαν

ὁμιλίαν τῶν προσαιτῶν καὶ ἀπερριμμένων· οὕτως ὁ θεῷ λαλήσας, καὶ προσδεξάμενος, οὐκ ἂν ἀξιώσειεν τοῦ πονηροῦ, καὶ ἀσεβοῦς ὁμιλίαν παραδέξασθαι. καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ δουλεύων ἡδοναῖς, δαίμοσιν ὁμιλεῖ, καὶ τὴν ἐκείνων μανίαν ἐζήλωσεν· ὥσπερ ὁ σωφρονῶν καὶ δικαιοσύνην ἀσκῶν ἀγγέλοις συνδιαιτᾶται, καὶ τὴν ἐκείνων ζηλοῖ μεγαλοπρέπειαν. δοκεῖ δέ μοι τις ἂν εἰπὼν, ὅτι νεῦρα τῆς ψυχῆς εἰσὶν αἱ προσευχαὶ, τἀληθὲς εἰπεῖν· ὥσπερ γὰρ, οἶμαι, τὸ σῶμα διὰ τῶν νεύρων συνέχεται, καὶ τρέχει, καὶ ἵσταται, καὶ ζῇ καὶ πέπηγεν· ἂν δὲ ταῦτά τις ἐκτέμῃ, πᾶσαν τὴν ἁρμονίαν διαλύει τοῦ σώματος· οὕτως αἱ ψυχαὶ διὰ τῶν ἁγίων προσευχῶν ἁρμόζονται, καὶ συνεστήκασιν, καὶ τὸν δρόμον τῆς εὐσεβείας τρέχουσιν εὐχερῶς· ἂν δὲ τῆς προσευχῆς ἀποστερήσῃς

rum, abiectorumq́; hominum congressu abhorrent; ita, q̄ Dei colloquio dignus est, habitus, adduci non facilè poterit, vt improbum dæmonem & impium in suam recipiat necessitudinẽ. Etenim qui se voluptatibus mancipat, is re vera dæmonib. familiariter vtitur, eorumq́; insaniam æmulatur: vt contra is, qui temperantiam, & iustitiam colit, angelis familiaris efficitur, & ad eorum amplitudinẽ contendit. Quod si quis animi neruos preces appellauerit, mihi profecto verè dicere videatur. Etenim, vt corpus, opinor, neruorum beneficio constat, currit, stat, viuit, compactumq́; est; iisq́; incisis, omnes corporis numeri dissoluuntur; sic animi per sanctas preces & conglutinantur, & constant, cursumq́; habet pietas facilẽ, ac secũdũ. Quod si te ipsum precatione spo-

ſpoliaueris, perinde feceris, ac ſi piſcem ex aquis extraxeris: vt enim hic aqua viuit, ſic tu precationibus. per has tanquam per aquam euolare, orbes cœleſtes ſuperare, ad Deum propius licet accedere. Vt igitur ſanctæ precationis robur oſtendatur, vel quæ diximus ſatis ſunt. præſtabit tamen fortaſſe, vt ad ſancta volumina accedentes ex Chriſti verbis diuitias agnoſcam⁹, quas preces comparant iis, qui omnem ætatem in ipſis ponere velint. Dicebat autem, inquit, & parabolam ad illos, vt ſemper precandum eſſe demonſtraret. Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem quadam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum dicens: Vindica me de aduerſario meo. & nolebat per multum tempus. Poſt hæc

σαυτὸν, ταυτὸν ποιήσεις, ὥσπερ ἂν εἰ τὸν ἰχθὺν ἐκ τοῦ ὕδατος ἐξήγαγες· ὥσπερ γὰρ ἐκείνῳ ζωὴ τὸ ὕδωρ, οὕτως σοὶ προσευχή. διὰ ταύτης ἔστιν, ὥσπερ δι' ὕδατος, ἀναπλεῦσαι, καὶ τοὺς οὐρανοὺς ὑπερβῆναι, καὶ τοῦ θεοῦ γενέσθαι πλησίον. Ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ τὰ ῥηθέντα, δεῖξαι τὴν ἰσχὺν τῆς ἁγίας προσευχῆς. βέλτιον δὲ ἴσως, ἐπὶ τὰς θείας ἐλθόντα γραφὰς, ἐκ τῶν ἀποφάσεων τοῦ Χριστοῦ μαθεῖν τὸν πλοῦτον, ὃν αἱ προσευχαὶ θησαυρίζουσιν τοῖς βουλομένοις ἐν αὐταῖς πάντα τὸν βίον σχολάζειν. Ἔλεγεν δὲ, φησὶν, καὶ παραβολὴν αὐτοῖς, πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι. κριτής τις ἦν ἔν τινι πόλει, τὸν θεὸν μὴ φοβούμενος, καὶ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος. χήρα δὲ ἦν ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ καὶ ἤρχετο πρὸς αὐτὸν λέγουσα, ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου. καὶ οὐκ ἤθελεν ἐπὶ χρόνον. μετὰ δὲ

ταῦτα εἶπεν ἐν ἑαυτῷ· εἰ καὶ τὸν θεὸν οὐ φοβοῦμαι, καὶ ἄνθρωπον οὐκ ἐντρέπομαι, διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπον τὴν χήραν ταύτην, ἐκδικήσω αὐτὴν, ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με. εἶπεν δὲ ὁ κύριος, ἀκούσατε τί ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας λέγει. ὁ δὲ θεὸς οὐ μὴ ποιήσῃ τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ, τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ μακροθυμεῖ ἐπ' αὐτοῖς; λέγω ὑμῖν ὅτι ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει. Μάθωμεν ἀδελφοὶ τὴν κεκρυμμένην σοφίαν ἐν τοῖς λόγοις τοῦ πνεύματος, διερευνώμενοι κατὰ δύναμιν ἡμετέραν, οὐχ ὅση ἐστὶν, ἀλλὰ ὅσον ἡμῖν ἐφικτόν. οἱ μὲν οὖν ἐν τῇ θαλάττῃ ποιούμενοι τὸν βίον, ἐπ' αὐτὸν καπιόντες τὸν βυθὸν, τοὺς πολυτιμήτους λίθους τοὺς ἐν τῇ γῇ, κομίζουσιν. ἡμεῖς δὲ τὸ πέλαγος τῶν θείων γραφῶν ἱστορήσον-

autem dixit intra se; Etsi Deum non timeo, nec hominẽ uereor. tamen quia molesta est mihi hac vidua, vindicabo illam: ne in nouissimo veniẽs, sugillet me. Ait autẽ Dominus; Audite, quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum. Nos verò, fratres, abditam sapientiam in sermonibus spiritus addiscamus, & pro facultate nostra inuestigemus, non quantum in ipsa sit, sed quantum nobis assequi licet. Atque illi quidem, qui in mari vitam degunt, ipsum pelagus penetrantes, gemmas adferunt ad eos, qui sunt in terris. nos verò diuinarum literarum pelagus perlustre-

mus, & ad ipsum profundũ spiritalis scientiæ, quantum in nobis est, decurramus, vt vobis thesaurum præstantissimũ adferamus, qui animos ornet melius, quàm capita regum præclarissimis gemmis distinctæ coronæ. namq; harum præstantia huius vitæ cancellis circumscribitur: qui verò sermonib. spiritus coronat animum, is & iam securus viuit, & vita functus fideti animo ad Christi tribunal accedit, refertus virtutibus, & ab omni labe integerrimus. Ergo quem tandem thesaurum è sacrorum voluminum profundo vobis efferimus? non ipsum sapientiæ profundum attingentes; sed eo delapsi, quo licet. Ad precationem Christus homines cùm vellet allicere, & eius commoda nostris mentibus proponere, iudicem inducit

τες, εἰς αὐτὸν τὸν βυθὸν τῆς πνευματικῆς σοφίας, ὅσον οἷόν τε, καταδράμωμεν, ἵνα κομίζωμεν ὑμῖν θησαυρὸν ἀγαθὸν κοσμοῦντα τὰς ψυχὰς βέλτιον, ἢ τὰς κεφαλὰς τῶν βασιλέων οἱ λιθοκόλλητοι στέφανοι. τὸ μὲν γὰρ ἐκείνων κάλλος, τῷ βίῳ τούτῳ συναπαρτίζεται· ὁ δὲ τοῖς λόγοις τοῦ πνεύματος στεφανῶν τὴν ψυχὴν, καὶ νῦν μετὰ ἀσφαλείας πάσης διαπερᾷ τὸν χρόνον, καὶ μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν θαρρῶν προσέρχεται τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, γέμων ἀρετῆς, καὶ καθαρεύων πάσης κακίας. τίνα οὖν ὑμῖν θησαυρὸν ἐκ τοῦ βυθοῦ τῶν γραφῶν κομίζομεν; οὐκ αὐτοῦ τοῦ βάθους ἁπτόμενοι τῆς σοφίας, ἀλλὰ τοσοῦτον κάμψαντες, ὅσον ἐχωρεῖ. Ἐπὶ τὴν προσευχὴν ἄγων τοὺς ἀνθρώπους ὁ Χριστὸς, καὶ τὴν ἀπὸ ταύτης ὠφέλειαν παραστῆσαι βουλόμενος ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, κριτὴν εἰσάγει

πονη-

πονηρὸν τινα καὶ σκαιὸν, πᾶσαν αἰδῶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀποῤῥίψαντα, τὸν τοῦ θεοῦ φόβον ἐκ τῆς ψυχῆς ἐξελάσαντα. καί τοι γε ἤρκει δικαίου καὶ ἐλεήμονος ὑποθέσθαι πρόσωπον, καὶ παρεξετάσαντα τὴν ἐκείνου δικαιοσύνην τῇ φιλανθρωπίᾳ τοῦ θεοῦ, δεῖξαι τὴν ἰσχὺν τῆς δεήσεως. εἰ γὰρ ἄνθρωπος χρηστὸς καὶ πρᾶος ἡμέρως δέχεται τοὺς ἱκετηρίαν προσάγοντας, πόσῳ μᾶλλον ὁ θεὸς, οὗ τὸ μέγεθος τῆς φιλανθρωπίας οὐ μόνον τὴν ἡμετέραν ὑπερβαίνει διάνοιαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ; ἤρκει μὲν οὖν, ὅπερ ἔφην, δικαίου πρόσωπον ὑποθέσθαι κριτοῦ· νῦν δὲ ὠμὸν καὶ ἀσεβῆ καὶ μισάνθρωπον εἰσάγει κριτὴν, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀνήμερον, ἐπὶ δὲ τῶν δεομένων χρηστὸν καὶ πρᾶον, ἵνα μάθῃς, ὅτι πᾶσα δέησις καὶ φύσιν πονηρὰν εἰς οἶκτον καὶ ἔλεον ἐπισπᾶται ῥᾳδίως. τίνος οὖν ἕνεκα τοῦτο πεποίη-

quendam improbum, sæuum, qui pudorem omnem ab oculis abiecisset, Dei timorẽ expulisset ex animo. Atqui satis fuit iusti & clemẽtis cuiuspiam personam inducere; vt eius iustitia, si cum diuina clementia conferretur, vim precationis ostenderet. Etenim si vir bonus, & mitis eos humaniter excipit, qui ad se supplices veniunt; quanto magis excipiet Deus, cuius benignitatis magnitudo non modò mentem nostram, sed ipsos angelos fugit? Satis igitur fuit, vt modò dicebam, iusti iudicis personam proponere. iam verò iudicem crudelem, impium, inhumanum inducit; in alios quidem immitem, in obsecrantes certè benignum, ac facilẽ; vt intelligas oratione, naturã vel improbam ad lenitatem clementiamque traduci. Quorsum igi-

tur Christus id fecit? vt nemo esset omnium, qui vim precationis ignoraret. Cùm verò propterea in conspectu iudicis acerbissimi viduam constituisset, ipsumq́; præter eius naturā humanum ostendisset; à scelesto iudice ad patrem suum orationē traducit, optimum, mansuetū, mitem, humanum, scelera superantem, multa peccata condonātem, quotidianas in se contumelias, dæmonis honores, in filium maledicta, & sexcenta nefaria facinora perferētem. quiq́; cum tantis contumeliis appetatur, iis perferendis ita se clementē, ac mansuetū prebet. is verò, si nos debito timore ad se accedentes viderit, nō ne subita misericordia capietur? Audite, inqt, quid iudex iniquitatis dicat. Etsi Deū non timeo, nec hominē reuereor, tamen quia molesta est

κεν ὁ Χριστός; ἵνα μηδεὶς ἀγνοῇ τῶν ἁπάντων τῆς προσευχῆς τὴν ἰσχύν. διὰ τοῦτο τῷ πονηροτάτῳ πάντων παραστήσας τὴν χήραν, καὶ δείξας αὐτὸν παρὰ φύσιν φιλάνθρωπον, ἀπὸ τοῦ πονηροῦ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα μετέστησεν, τὸν ἀγαθόν, τὸν πρᾶον, τὸν ἥμερον, τὸν φιλάνθρωπον, ὑπερβαίνοντα ἀνομίας, συγχωροῦντα ἁμαρτίας πολλάς, βλασφημούμενον καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, καὶ φέροντα, ἀνεχόμενον ὁρᾶν τιμὴν εἰς δαίμονας, ὕβριν εἰς αὐτόν, εἰς τὸν υἱὸν βλασφημίας, ῥητὰ καὶ ἄρρητα μυρία δεινά· εἶτα βλασφημούμενος μέν, οὕτω πρᾴως ἀνέχεται· ἐὰν δὲ ἤδη μετὰ τοῦ προσήκοντος φόβου προσπίπτοντας ἡμᾶς, οὐκ ἐλεήσει ταχέως; Ἀκούσατέ φησιν, τί ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας λέγει· εἰ καὶ τὸν θεὸν οὐ φοβοῦμαι, καὶ ἄνθρωπον οὐκ ἐντρέπομαι, διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπους,

τους, ἐκδικήσω αὐτήν. Τί λέγεις; ὅπερ οὐκ ἴσχυσεν φόβος, τοῦτο δέησις ἴσχυσεν· καὶ ἀπειλὴ μὲν καὶ τιμωρίας ἐλπὶς οὐ προσήγαγεν τῷ δικαίῳ τὸν ἄνθρωπον· μετ᾽ ἱκετηρίας δὲ φανεῖσα χήρα, τὸν ἄγριον ἡμέρωσεν. τί οὖν εἰκάζειν προσήκει περὶ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ, εἰ τὸν ὠμὸν οὕτω πρᾶον πεποίηκεν ἡ χήρα προσπίπτουσα; πόσην χρηστότητα, πόσην φιλανθρωπίαν ἐφ᾽ ἡμῶν ὁ θεὸς ἐπιδείξεται; ὁ μόνον ἐλεεῖν ἐθέλων ἀεί, κολάζειν δὲ οὐδὲ πώποτε. ὁ καὶ τὰς τιμωρίας διὰ πολλὴν φιλανθρωπίαν ἀπειλήσας ἡμῖν, καὶ μεγάλας ἑτοιμάσας τιμάς, ἵνα καὶ φόβος καὶ τιμῆς ἐλπίς, ἡ μὲν ἐπεγείρῃ πρὸς ἀρετήν, ὁ δὲ κωλύσῃ πονηρευμάτων. οὐ δύναμαι τοῦ κριτοῦ τῆς ἀδικίας ἀποστῆσαι τὴν διάνοιαν, θεωρῶν ἐν

mihi hæc vidua, vindicabo eam. Quid dicis? quod non potuit timor, id obsecratio potuit? Non minæ, nō supplicij metus hominem ad æquitatē deduxit: at vidua vbi supplex accesßit, hominem ex agresti, & immani mitem reddidit ac mãsuetum. Quid igitur de Deo in hominem benignißimo censendum est, cùm vidua se ad pedes abiiciens, ferum ac ferreum hominem leniverit, ac mitigarit? Quantũ bonitatis, quantum benignitatis, atq; amoris in nos patefaciet Deus, qui solum vult perpetuo misereri, punire nunquã? Qui & supplicia nobis ob eximiam humanitatem comminatur, & magnos habet paratos honores; vt cùm timor, tum spes honoris recta nos deduceret, & spes quidem ad virtutem excitaret, metus verò à vitiis deterreret. Non queo ab iniquitatis iudice auocare mentem, dum in illius mansuetudine, quæ præter natu-

naturam erat, inexplicabilē Dei humanitatem erga homines amoremq́ contemplor. Nam si is, qui nihil vnquam boni praestare voluerat, immutatus repētè, illius, quae rogabat, misericordia commotus est; quantum felicitatis è caelo in nos precib. redundabit? Sanctarum igitur precationum robur, ac vim quiuis facilè cernet, qui quanta bonorum copia, diebus, atq́ horis singulis fruantur ij, qui se quocunq́ tempore ad Dei pedes abiiciunt, cōsiderauerit. Quis enim lucē Solis, Lunae, atq́ Stellarū; caeli temperationem, varia ciborum genera, diuitias, vitā, innumerabilia bona omnib. hominib. & probis, & im pbis à Deo aequè dari & impertiri nō videt? idq́ ꝓpter eximiam suā in nos benignitatem. Quod si eos qui minime rogāt, aut pe-

τῇ ἐκείνου παρὰ φύσιν πρᾳότητι τὴν ἀμύθητον τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν· εἰ γὰρ ὁ μηδέποτε μηδὲν χρηστὸν ἐπιδείξασθαι βουληθεὶς, ἄφνω μεταθέμενος, τὴν δεομένην ἠλέησεν, πόσην ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ κηδεμονίαν αἱ προσευχαὶ κομίσουσιν; Γνοίη δ' ἄν τις τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν δύναμιν τῶν ἁγίων προσευχῶν, σκοπῶν καὶ θεωρῶν ὅσων ἀγαθῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ὥραν ἀπολαύουσιν οἱ πάντοτε τῷ θεῷ προσπίπτοντες. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι καὶ τοῦ ἡλίου τὸ φῶς καὶ τῶν ἀστέρων καὶ τῆς σελήνης, καὶ ἀέρων εὐκρασίαν, καὶ τροφὰς παντοίας, καὶ πλοῦτον, καὶ βίον, καὶ μυρία ἀγαθὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμοίως ὁ θεὸς χαρίζεται, καὶ δικαίοις καὶ ἀσεβέσιν, διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, ᾗ κέχρηται πρὸς ἡμᾶς; εἰ δὲ τοὺς μὴ δεομένους, μηδὲ αἰτοῦντας, οὕτως ἐλεεῖ καθ' ἡμέραν, καὶ ἀναπαύει,

cùm cõtemptus fuerit collectas pecunias dißipare: quod & Iudæis minitando dicebat, quoniam sollicitudinem templi omnem abiiciebant; Intulistis ea in domos vestras, & exufflaui ea, dicit Dominus. Quid enim quæso ex iis quæ necessaria sunt, te poterimus docere, cùm semel aut iterum annis singulis ad nos ventites, de anima nimirum, de corpore, de immortalitate, de regno cœlorũ, de pœnis, de gehenna, de Dei longanimitate, de indulgentia, de pœnitentia, de baptismo, de remißione peccatorum, de istis mundi cùm superioris tũ inferioris creaturis, de hominũ natura, de angelis, de improbitate dæmonum, de diaboli fraudibus, de moribus, de dogmatibus, de recta fide, de corruptis hæresibus? ista

καταφρονούμενος καὶ συλλεγέντα κενοῦν χρήματα. ὥσπερ οὖν καὶ Ἰουδαίοις ἀπειλῶν ἔλεγεν ἐπειδὴ τῆς περὶ τὸν ναὸν κατεφρόνουν ἐπιμελείας· εἰσηνέγκατε αὐτὰ εἰς τοὺς οἴκους ὑμῶν καὶ ἐξεφύσησα αὐτὰ, λέγει κύριος. τί γὰρ εἰπέ μοι διδάξαι σε τῶν ἀναγκαίων δυνησόμεθα ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἢ δεύτερον παρ᾽ ἡμῖν φοιτῶντα περὶ ψυχῆς, περὶ σώματος, περὶ ἀθανασίας, περὶ βασιλείας οὐρανῶν, περὶ κολάσεως, περὶ γεέννης, περὶ μακροθυμίας θεοῦ, περὶ συγγνώμης, περὶ μετανοίας, περὶ βαπτίσματος, περὶ ἁμαρτημάτων ἀφέσεως, περὶ τῆς κτίσεως ταύτης τῆς ἄνω, τῆς κάτω, περὶ ἀνθρώπων φύσεως, περὶ ἀγγέλων, περὶ τῆς τῶν δαιμόνων κακουργίας, περὶ τῶν μεθοδειῶν τοῦ διαβόλου, περὶ πολιτείας, περὶ δογμάτων, περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, περὶ τῶν διεφθαρμένων αἱρέσεων; ταῦτα

γὰρ

γὰρ καὶ πολλῷ πλείονα τούτων τὸν Χριστιανὸν εἰδέναι χρὴ, καὶ τούτων πάντων ἀποδιδόναι λόγον τοῖς ἐρωτῶσιν· ὑμεῖς δὲ οὐδὲ τὸ πολλοστὸν τούτων εἰδέναι δυνήσεσθε μέρος, ἅπαξ ἐνταῦθα καὶ τοῦτο παρέργως συναγόμενοι, καὶ διὰ συνήθειαν ἑορτῆς οὐ δι' εὐλάβειαν ψυχῆς. ἀγαπητὸν γὰρ εἰ καθ' ἑκάστην σύναξιν ἐνταῦθά τις ἀπαντῶν δυνηθείη μετ' ἀκριβείας ἅπαντα ταῦτα κατασχεῖν. οἰκέτας ἔχετε πολλοὶ τῶν ἐνταῦθα παρόντων καὶ υἱοὺς, καὶ μέλλοντες αὐτοὺς παραδιδόναι τοῖς τῶν τεχνῶν ἐπιστάταις, ὧν ἂν ἕλοισθε, καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῖς τὴν ὑμετέραν ἄβατον ποιεῖτε καθάπαξ καὶ στρώματα καὶ τροφὰς, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν αὐτοῖς παρασκευάσαντες διακονίαν, τῷ διδασκάλῳ συγκατοικίζετε, ἀπείργοντες αὐτοὺς τῆς οἰκίας ἐπιβαίνειν τῆς ὑμετέρας.

siquidem ac multò plura nosse Christianum oportet, horumq́ omnium reddere rationem iis, qui sciscitentur. vos verò ne minimam quidem horum tenere partem poteritis, si semel hîc, idq́ perfunctoriè conueniatis, nec tam propter animæ pietatẽ, quàm propter consuetudinem sollemnitatis. nam etiamsi vel quotiescumque fit collecta quis intersit, bene cũ eo actum fuerit si de omnibus istis exactè potuerit erudiri. Seruos habetis multi qui hîc adestis, & filios: cumq́ illos artium magistris in disciplinam tradere vultis, quos elegeritis, vestrarum illis ædium ingressu interdicitis semel vbi stragulam vestem, cibaria omnemqúe aliam supellectilem & apparatum suppeditastis: vnà cum magistro habitatum mittitis, ac ne domum vestram adeant

deant prohibetis: vt, dum ibi continuò versantur, facilius artem ediscant, nec vlla sollicitudine studium illorum & occupatio interpelletur. iam verò cùm non vulgaris ars quædam, sed omnium maxima vobis sit ediscenda, quo pacto Deo placendum sit, & cœlestia bona consequēda, perfunctoriè vos id perficere posse censetis? quanta hoc quæso est dementia? Nam disciplinam esse hoc negotium, quod multam exigit attentionem, ex his cognoscite. Discite, inquit, à me quia mitis sum & humilis corde, & rursus Propheta, Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos, & iterum, Vacate & videte quoniam ego sum Deus: itaq; multa opus est vacatione illi qui hanc morum disciplinam & philosophiam sibi voluerit comparare. Verumenimuerò ne tempus omne in eorum reprehen-

ἵνα ἡ συνεχὴς ἐκεῖ διατριβὴ τὴν διδασκαλίαν ἀκριβεστέραν ἐργάσηται, μηδὲ μιᾶς φροντίδος τὴν σχολὴν διακοπτούσης· νῦν δὲ οὐ τέχνην τὴν τυχοῦσαν, ἀλλὰ τὴν πασῶν μείζονα μανθάνειν μέλλοντες, πῶς ἀρέσαι θεῷ δεῖ, καὶ τῶν οὐρανίων ἐπιτυχεῖν, παρέργως ἡγεῖσθε δύνασθαι τοῦτο κατορθοῦν; καὶ πόσης τοῦτο ἀνοίας; ὅτι γὰρ μάθησις τὸ πρᾶγμά ἐστι πολλῆς δεόμενον τῆς προσοχῆς, ἄκουσον τί φησι, μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ πάλιν ὁ προφήτης· δεῦτε τέκνα ἀκούσατέ μου· φόβον κυρίου διδάξω ὑμᾶς· καὶ πάλιν, σχολάσατε καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι Θεός· ὥστε σχολῆς πολλῆς χρεία τῷ μέλλοντι ταύτης ἀπολαύσεσθαι τῆς φιλοσοφίας. ἀλλὰ γὰρ ἵνα μὴ τὸν χρόνον ἅπαντα εἰς ἔγκλημα τῶν ἀπο-

λιμπά-

λιμπανομένων ἀναλώσωμεν, ἀρκεσθέντες τοῖς εἰρημένοις εἰς τὴν τῆς αὐτῶν ἐκείνων ῥαθυμίας διόρθωσιν, φέρε τι περὶ τῆς παρούσης ἑορτῆς φιλοσοφήσωμεν. πολλοὶ γὰρ τὰς μὲν ἑορτὰς ἄγουσι, καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἴσασι, τὰς δὲ ὑποθέσεις ὅθεν ἐτέχθησαν ἀγνοοῦσιν. ὅτι μὲν οὖν ἐπιφάνεια ἡ παροῦσα λέγεται ἑορτὴ, δῆλόν ἐστι πᾶσι· τίς δέ ἐστιν ἡ ἐπιφάνεια αὕτη καὶ πότερον μία τίς ἐστιν ἢ δύο, τοῦτο οὐκ ἔτι ἴσασιν· ὅπερ ἐσχάτης αἰσχύνης ἂν εἴη καὶ πολλοῦ τοῦ καταγέλωτος, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τὴν ἑορτὴν ταύτην ἄγοντας, τὴν ὑπόθεσιν αὐτῆς ἀγνοεῖν. πρῶτον μὲν οὖν ἀναγκαῖον εἰπεῖν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ὅτι οὐ μία τίς ἐστιν ἐπιφάνεια, ἀλλὰ δύο. μία μὲν ἡ παροῦσα αὕτη καὶ γενομένη, δευτέρα δὲ ἡ μέλλουσα,

sione conteramus, qui solent abesse, his quæ ad ipsorum negligentiam corrigendam sunt dicta contenti, agè quiddam de præsenti festiuitate philosophemur. Nam multi quidem festa celebrant & nomina eorum nouerunt, historias autem & occasiones vnde orta sunt non nouerunt. Atque Epiphaniam (siue apparitionem) dici hanc festiuitatem omnib. liquet, hæc verò apparitio quænam sit, & vtrum vna sit, an duæ, id non item nouerunt, quod summa notandum ignominia risuq; plectendum est: quòd singulis annis sollemnitatem istam celebrantes, eius argumentum & occasionem ignoremus. Primùm igitur operæ pretium est caritati vestræ indicare non vnam esse tantùm apparitionem, sed duas. vna quidem est ista præsens, quæ iam contigit; altera verò quæ est futura,

&

& in consummatione seculi cum splendore & gloria est euentura. Ac de vtraq; illarum Paulum hodie Tito disserentem audistis, atque in hæc verba de præsenti quidem loquentem, Apparuit gratia Dei salutaris omnibus hominibus erudiens nos vt abnegantes impietatem & secularia desideria sobriè & iustè & piè viuamus in hoc sæculo; de futura verò, Expectantes beatam spem & aduentum (siue apparitionem) gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri IESV *Christi. Et verò propheta de illa ipsa sic dixit, Sol conuertetur in tenebras & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & illustris. At enim qui fit, vt nō ea dies, qua natus est, Epiphania & apparitio appelletur, sed ea qua baptizatus est?*

καὶ κατὰ τὴν συντέλειαν ἐνδόξως γενησομένη. καὶ περὶ ἑκατέρας αὐτῶν ἠκούσατε σήμερον Παύλου Τίτῳ διαλεγομένου καὶ λέγοντος οὕτως περὶ μὲν τῆς παρούσης, ἐπεφάνη ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις παιδεύουσα ἡμᾶς ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι· περὶ δὲ τῆς μελλούσης, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ ὁ προφήτης δὲ περὶ αὐτῆς ἐκείνης ἔλεγεν οὕτως, ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν οὐχὶ ἡ ἡμέρα καθ' ἣν ἐτέχθη, ἀλλ' ἡ ἡμέρα καθ' ἣν ἐβαπτίσθη, ἐπιφάνεια λέγεται; αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἡμέ-

ἡ ἡμέρα καθ' ἣν ἐβαπτίσατο καὶ τὴν τῶν ὑδάτων ἡγίασε φύσιν. διά τοι τοῦτο καὶ μεσονυκτίῳ κατὰ τὴν ἑορτὴν ταύτην ἅπαντες ὑδρευσάμενοι οἴκαδε τὰ νάματα ἀποτίθενται. καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον φυλάττουσιν, ἅτε δὴ σήμερον ἁγιασθέντων τῶν ὑδάτων· καὶ τὸ σημεῖον γίνεται ἐναργὲς οὐ διαφθειρομένης τῆς τῶν ὑδάτων ἐκείνων φύσεως τῷ μήκει τοῦ χρόνου, ἀλλ' εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον καὶ δύο καὶ τρία πολλάκις ἔτη τοῦ σήμερον ἀντληθέντος ἀκεραίου καὶ νεαροῦ μένοντος, καὶ μετὰ τοσοῦτον χρόνον τοῖς ἄρτι τῶν πηγῶν ἐξαρπαθεῖσιν ὕδασιν ἁμιλλωμένου. τίνος οὖν ἕνεκεν αὕτη ἐπιφάνεια λέγεται; ἐπειδὴ οὐχ ὅτε ἐτέχθη, τότε πᾶσιν ἐγένετο κατάδηλος· ἀλλ' ὅτε ἐβαπτίζετο· μέχρι γὰρ ταύτης ἠγνοεῖτο τῆς ἡμέρας τοῖς πολλοῖς. καὶ ὅτι ἠγνόουν αὐτὸν οἱ πολλοὶ καὶ οὐκ ᾔδεισαν

hac enim dies est qua baptizatus est & aquarum naturam sanctificauit: Idcirco etiam in hac sollēnitate sub mediam noctē omnes, cùm aquati fuerint, domum latices referūt ac recondunt, & per integrum annum conseruant, vtpote quòd hodierna die sanctificata sint aquæ: fitq; miraculum euidens, dum nihil temporis longinquitate aquarū illarū natura vitiatur, sed integro anno atque adeò biennio & triēnio sæpe, quæ hodie fuit hausta, incorrupta & recēs permanet, ac post tantū temporis cum iis quæ nuper fuerint è fontib. educta, certat. Quānam igitur ob caussam hæc Apparitio appellatur? quia nimirum nō omnibus manifestus est redditus cùm partu est editus, sed cùm est baptizatus: nā ad hūc vsq; diem vulgo erat ignotus. Nā incognitū eum fuisse vulgo,

neq;

neque quis esset plerosque sciuisse constat ex Ioannis verbis istis, Medius vestrûm stetit quem vos nescitis. Quid verò mirum si alij non nossent, quando illum etiam ipse ad eum vsque diem ignorabat? Et ego nesciebam eum, inquit: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Duas igitur esse apparitiones ex his liquet: sed quanam de caussa venerit ad baptismum Christus, nunc res postulat, vt dicamus, & ad quennam baptismum venerit: nam & hoc operæ pretium est cognoscere. Vt igitur illud, sic & hoc prius caritatem vestram docere oportet: nam & ex hoc illud intelligemus. Iudaicum erat baptisma, quod sordes corporum, non peccata, quæ

ὅστις ποτὲ ἦν ἄκουσον τοῦ Ἰωάννου λέγοντος, μέσος ὑμῶν ἕστηκεν ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. καὶ τί θαυμαστὸν εἰ οἱ ἄλλοι ἠγνόουν, ὅπου γε καὶ αὐτὸς αὐτὸν ἠγνόει ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης. καὶ γὰρ ἐγώ φησιν οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς πνεῦμα καταβαῖνον, καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ. ὅτι μὲν οὖν ἐπιφάνειαι δύο δῆλον ἐκ τούτων· τίνος δὲ ἕνεκεν ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἔρχεται ὁ Χριστὸς; ἀναγκαῖον εἰπεῖν· καὶ ὅτι ποῖον ἔρχεται βάπτισμα· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἀναγκαῖον εἰδέναι. ὥσπερ οὖν κἀκεῖνο, καὶ τοῦτο πρότερον διδάξαι χρὴ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην· ἀπὸ γὰρ τούτου κἀκεῖνο εἰσόμεθα. βάπτισμα ἦν τὸ Ἰουδαϊκὸν τὸ ῥύπων σωμάτων ἀπαλλάττον· οὐ τῶν κατὰ τὸ συνειδὸς ἁμαρτημάτων· οὐ

γὰρ

γὰρ εἴ τις μοιχείαν εἰργάσατο, οὐδὲ εἴ τις κλοπὴν ἐτόλμησεν, οὐδὲ εἴ τις ἄλλο τι τοιοῦτον παρηνόμησεν, ἀπήλλαττεν αὐτὸν τῶν ἐγκλημάτων· ἀλλ' εἴ τις ὀστῶν ἥψατο νεκρῶν· εἴ τις μὴ νενομισμένης ἐγεύσατο τροφῆς. εἴ τις ἐκ φθορᾶς παρεγένετο· εἴ τις λεπροῖς συνεγίνετο. λούσεται γὰρ τὸ σῶμα αὐτοῦ ὕδατι καθαρῷ φησιν, καὶ ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας, καὶ καθαρισθήσεται· οὐ γὰρ ἀληθῶς ἁμαρτία ταῦτα ἦν οὐδὲ ἀκαθαρσία· ἀλλὰ ἀτελεστέρους ὄντας διὰ τῶν τοιούτων ποιῶν εὐλαβεστέρους ὁ θεός, πρὸς τὴν τῶν μειζόνων παρατήρησιν ἀκριβεστέρους ἄνωθεν παρεσκεύαζε. τὸ μὲν οὖν Ἰουδαϊκὸν καθάρσιον ἁμαρτημάτων μὲν οὐκ ἀπήλλαττε, ῥύπων δὲ σωματικῶν μόνον· τὸ δὲ ἡμέτερον οὐ τοιοῦτον, ἀλλὰ πολλῷ μεῖζον καὶ πολλῆς γέμον χάριτος· καὶ γὰρ

in conscientia resident, abluebat. neque enim si quis adulterium perpetrasset, neq; si quis furti se alligasset, neq; si quis aliud quippiã sceleris admisisset, eum criminibus expiabat: sed si quis mortuorum ossa tetigisset, si quis vetitos à lege cibos degustasset, si quis à corruptione aduenisset, si quis cum leprosis versatus esset. Lauabitur enim, inquit, corpus eius aqua munda, & immundus erit vsq; ad vesperam & mundabitur: non enim hæc verè peccatum erant neq; pollutio; sed, quòd imperfectiores essent, p eiusmodi res eos efficiens religiosiores Deus, ad maiorũ rerum obseruatione aptiores & diligentiores olim reddebat. Itaque Iudaica illa quidem expiatio nequaquã à peccatis liberabat, sed à corporeis sordibus tantum; nostra verò talis non est, sed multò maior, ac

πνεῦμα ἅγιον ἐδίδου τὸ βάπτισμα Ἰωάννου, μήτε τὴν διὰ τῆς χάριτος παρεῖχε συγχώρησιν· μετανοεῖν γὰρ ἐκέλευεν, οὐκ ἀφιέναι κύριος ἦν. διόπερ ἔλεγεν· ἐγὼ μὲν ὑμᾶς βαπτίζω ἐν ὕδατι· ἐκεῖνος δὲ ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. ἀναμνήσθητί μοι τῆς ἡμέρας ἐκείνης καθ' ἣν ὤφθησαν τοῖς ἀποστόλοις διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς· καὶ ἐκάθισε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν. καὶ ὅτι τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ἀτελὲς ἦν, οὔτε πνεύματος χορηγίαν ἔχον, οὔτε ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, δῆλον ἐκεῖθεν· εὑρὼν γάρ τινας μαθητὰς ὁ Παῦλος φησὶ πρὸς αὐτοὺς, εἰ πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' οὐδὲ εἰ πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν ἠκούσαμεν. εἶπέ τε πρὸς αὐτούς· εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; οἱ δὲ εἶπον, εἰς τὸ Ἰω-

Spiritum sanctum dabat Ioannis baptisma, neque remißionem per gratiam conferebat: pœnitentiam enim agere iubebat, non dimittendi potestate pollebat. Quapropter aiebat, Ego quidem baptizo vos aqua; ille autem baptizabit vos in Spiritu sancto & igni. Recordare mihi diei illius quo Apostolis dispertitæ linguæ apparuerunt tanquam ignis, seditq́ue supra singulos eorum. Ac baptismum Ioannis imperfectum fuisse, neque Spiritus largitum esse gratiam, neque remißionem peccatorum, inde constat: cùm enim quosdam discipulos offendisset Paulus, ait ad illos, Si Spiritum sanctum accepistis credentes? at illi dixerunt ad eum; Sed neque si Spiritus sanctus est audiuimus. ille verò ait, In quo ergo baptizati estis? qui dixerunt, in Io-

annis

annis baptiſmate. Dixit autem Paulus: Ioannes baptizauit baptiſmo pœnitentiæ: pœnitentiæ non remiſſionis. quare verò baptizabat? populo dicens, In eum qui venturus eſſet poſt ipſum, vt crederet, hoc eſt, in Dominum Ieſum: & his auditis baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu: & cùm impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos. Vides vt fuerit imperfectus Ioannis baptiſmus? niſi enim imperfectus fuiſſet, non ipſos rurſus Paulus baptizaſſet, non eis manus impoſuiſſet: iam verò cùm vtrumque horum præſtiterit, Apoſtolici baptiſmi præſtantiam declarauit, illumqúe hoc multò humiliorem fuiſſe. Verùm ex his quidem quid inter hos intereſſet baptiſmos, intelligimus; qua verò de cauſſa Chriſtus baptizetur, & quonam baptiſmo

άννυ βάπτισμα. εἶπε δὲ Παῦλος, Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας· μετανοίας οὐκ ἀφέσεως· καὶ τίνος ἕνεκεν ἐβάπτισεν; τῷ λαῷ λέγων εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτὸν ἵνα πιστεύσωσι τοῦτ' ἔστιν, εἰς τὸν κύριον Ἰησοῦν· καὶ ἀκούσαντες ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ· καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας, ἦλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτούς. εἶδες πῶς ἀτελὲς ἦν τὸ Ἰωάννου βάπτισμα; εἰ γὰρ μὴ ἦν ἀτελές, οὐκ ἂν αὐτοὺς πάλιν ἐβάπτισεν ὁ Παῦλος· οὐκ ἂν αὐτοῖς τὰς χεῖρας ἐπέθηκε· νυνὶ δὲ ἀμφότερα ταῦτα ποιήσας, ἐδήλωσε τὴν ὑπεροχὴν τοῦ βαπτίσματος τοῦ ἀποστολικοῦ· καὶ ὅτι ἐκεῖνο τούτου πολὺ κατώτερον ἦν. ἀλλὰ τὴν μὲν τῶν βαπτισμῶν διαφορὰν, ἐκ τούτων ἐμάθομεν· τίνος δὲ ἕνεκεν ὁ Χριστὸς βαπτίζεται, καὶ ποῖον βάπτισμα

λοιπὸν

λοιπὸν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. οὔτε τὸ Ἰουδαϊκὸν τὸ πρότερον, οὔτε τὸ ἡμέτερον τὸ μετὰ ταῦτα. οὔτε γὰρ ἁμαρτημάτων συγχωρήσεως ἐδεῖτο. πῶς γὰρ ὁ μηδεμίαν ἁμαρτίαν ἔχων; ἁμαρτίαν γάρ φησιν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· καὶ πάλιν· τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; οὔτε πνεύματος ἄμοιρος ἦν ἐκείνη ἡ σάρξ· πῶς γὰρ ἂν ἦν πνεύματος ἁγίου κατασκευασθεῖσα τὴν ἀρχήν; εἰ τοίνυν μήτε πνεύματος ἁγίου ἄμοιρος ἦν ἡ σὰρξ ἐκείνη, μήτε ἁμαρτημάτων ὑπεύθυνος, τίνος ἕνεκεν ἐβαπτίζετο; ἀλλὰ πρότερον ἀναγκαῖον μαθεῖν ποῖον ἐβαπτίσατο βάπτισμα, καὶ τότε καὶ τοῦτο σαφέστερον ἡμῖν γενήσεται. ποῖον οὖν ἐβαπτίσατο; οὔτε τὸ Ἰουδαϊκὸν, οὔτε τὸ ἡμέτερον, ἀλλὰ Ἰωάννου. διὰ τί; ἵνα δι' αὐτῆς τῆς τοῦ βαπτίσματος φύσεως

restat dicendum. neque Iudaico illo priori, neque hoc nostro posteriori: non enim remissione peccatorum indigebat. qui enim id fieri posset, cùm nullum in eo peccatum esset? Peccatum enim inquit non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: & rursus, Quis ex vobis arguit me de peccato? neque Spiritus expers erat illa caro. qui enim esse posset, quæ à principio fuerat à Spiritu sancto effecta. Si ergo neque Spiritus sancti expers erat illa caro, neque obnoxia peccatis, qua de caussa baptizabatur? Veruntamen prius necesse est discamus quonam baptismate sit baptizatus, tumque istud quoque manifestius euadet. Quonam igitur est baptizatus? neque Iudaico, neque nostro, sed Ioannis. quamobrem? vt ex ipsa baptismatis natura intelligas eum

propter peccata fuisse baptizatum, neq; quòd gratia Spiritus indigeret: nam vtriusq; horum expers erat hoc baptisma, quemadmodum & iam à nobis demõstratum est. Atque ex his quidem liquet neq; ad peccatorũ remißionẽ, neq; ad Spiritus largitionem obtinendam ad Iordanem venisse: ne verò quispiam ex iis qui tunc aderãt, existimaret eum pœnitẽtiæ caussa sicut cæteros aduentare, audi & hoc quo pacto Ioannes antè correxerit. q. enim aliis dicebat, Facite fructũ dignum pœnitentiæ, audi quid huic dicat; Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? hoc verò dicebat declarans eum nõ ob eandẽ egestatẽ, ob quã vulgus, venisse, tantumq; abesse, vt idcirco baptizetur, vt vel ipso etiã Baptista sit maior & sine comparatione mũ-

μάθῃς, ὅτι οὐ δι' ἁμαρτίας ἐβαπτίσατο, οὐδὲ ὡς τῆς τοῦ πνεύματος δεόμενος χορηγίας· ἑκατέρων γὰρ τούτων ἔρημον ἐκεῖνο τὸ βάπτισμα, καθάπερ οὖν καὶ ἀπεδείξαμεν. καὶ ὅτι μὲν οὔτε δι' ἄφεσιν ἁμαρτημάτων, οὔτε διὰ πνεύματος χορηγίαν ἦλθεν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, δῆλον ἐκ τούτων· ἵνα δὲ μὴ νομίσῃ τις τῶν τότε παρόντων ὅτι ἐπὶ μετανοίᾳ, καθάπερ οἱ λοιποί, παραγίνεται, ἄκουσον καὶ τοῦτο πῶς ὁ Ἰωάννης προδιωρθώσατο. ὁ γὰρ τοῖς ἄλλοις λέγων, ποιήσατε καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας, ἄκουσον τί τούτῳ φησίν· ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι· καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; τοῦτο δὲ ἔλεγε δηλῶν, ὅτι οὐ διὰ τὴν αὐτὴν τοῖς πολλοῖς χρείαν παραγίνετο πρὸς αὐτόν· καὶ ὅτι τοσοῦτον ἀπέχει διὰ τοῦτο βαπτίζεσθαι, ὅτι καὶ αὐτοῦ τοῦ βαπτιστοῦ πολλῷ μείζων ἦν καὶ ἀσυγκρίτως καθαρώτερος.

υς. τίνος οὖν ἕνεκεν ἐβαπτίζετο, εἰ μήτε ἐπὶ μετανοίᾳ, μήτε ἐπὶ ἀφέσει, μήτε ἐπὶ πνεύματος χορηγίᾳ τοῦτο ἐποίει; ἑτέρων δυοῖν ἕνεκεν αἰτιῶν· μιᾶς μὲν ἧς φησιν ὁ μαθητής, ἑτέρας δὲ ἧς αὐτὸς πρὸς τὸν Ἰωάννην εἶπεν. τίνα οὖν φησιν ὁ Ἰωάννης αἰτίαν τοῦ βαπτίσματος εἶναι τούτου; ἵνα γνωσθῇ τοῖς πολλοῖς, καθὼς καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν βάπτισμα μετανοίας εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτὸν ἵνα πιστεύσωσιν· τοῦτο ἦν τὸ κατόρθωμα τοῦ βαπτίσματος. τὸ μὲν γὰρ εἰς τὴν ἑκάστου περιιέναι οἰκίαν καὶ ταῖς θύραις προσιόντα καλεῖν ἔξω καὶ λέγειν κατέχοντα τὸν Χριστὸν· ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὕποπτον ἐποίει τὴν μαρτυρίαν καὶ σφόδρα ἐργώδης ἦν· τὸ δὲ λαβόντα εἰς τὴν συναγωγὴν εἰσελθεῖν καὶ δεικνύειν, καὶ τοῦτο αὐτὸ ὁμοίως

dior. Quam igitur ob caussam baptizabatur, si neq; pœnitentiæ caussa, neq; ob remissionē peccatorū, neq; ad Spiritus copiā obtinendam id agebat? duas nimirum alias ob caussas; vnam quidem quā dixit discipulus, alterā verò quam ipse Ioanni indicauit. quānam ergo caussam esse baptismi huius dixit Ioannes? vt innotesceret vulgo sicut & Paulus dicebat, quia Ioannes baptizauit baptismo pœnitētiæ in eum qui venturus esset post ipsum vt crederent; hoc erat baptismatis illius officium. Etenim si singulorū ædes circumiret, & ad fores accedens foras exciret diceretq; Christum tenens, Hic est filius Dei, suspectum hoc redderet testimonium & operosum valde foret: sin autem eo secum assumpto in synagogam ingrederetur eumque indicaret, boc quoque ipsum

redderet testimonium suspectum. quòd verò populis omnibus ex vrbibus singulis ad Iordanem effusis circa fluminis ripas versantibus, cùm & ipse vt baptizaretur venisset, ab audita de cœlo paterna voce fuerit cõmendatus & illi in specie columba descendens Spiritus sanctus insederit, testimonium quod illi Ioannes dicebat, omni suspicione liberabat. Propterea, & ego, inquit, nesciebam eum; dum fide dignum esse testimonum suum ostendit. nam quoniam cognati erant inter se secundùm carnem; Ecce enim Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium, inquit Angelus Maria de Ioannis matre: quòd si cognata sint matres, liquet & paruulos cognatos fuisse. quoniam igitur cognati erant, ne cognationis gratia testimonium

ὕποπτον ἐποίει τὴν μαρτυρίαν πάλιν· τὸ δὲ τῶν δήμων ἁπάντων ἐξ ἑκάστης πόλεως ἐκχυθέντων ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην περὶ τὰς ὄχθας διατριβόντων τοῦ ποταμοῦ, ἐλθόντα καὶ αὐτὸν ἐπὶ τὸ βαπτίσασθαι, δέξασθαι τὴν ἄνωθεν σύστασιν τὴν διὰ τῆς φωνῆς τοῦ πατρὸς, τὴν διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ πνεύματος τῆς ἐν εἴδει περιστερᾶς, ἀνύποπτον ἐποίει γενέσθαι τὴν Ἰωάννου ἐπ᾽ αὐτῷ μαρτυρίαν. διὰ τοῦτο κἀγώ φησιν οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, ἀξιόπιστον τὴν ἑαυτοῦ καθιστῶν μαρτυρίαν· ἐπειδὴ γὰρ συγγενεῖς ἦσαν ἀλλήλων κατὰ σάρκα· ἰδοὺ γὰρ Ἐλισάβετ συγγενής σου καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν, τῇ Μαριάμ φησιν ὁ ἄγγελος περὶ τῆς μητρὸς Ἰωάννου· εἰ δὲ αἱ μητέρες συγγενίδες ἦσαν, εὔδηλον ὅτι καὶ τὰ παιδία· ἐπεὶ οὖν συγγενεῖς ἦσαν, ἵνα μὴ διὰ τὴν συγγένειαν δόξῃ μαρτυρεῖν

τῷ

τῷ Χριστῷ, ᾠκονόμησεν ἡ τοῦ πνεύματος χάρις πᾶσαν τὴν πρώτην ἡλικίαν ἐν ἐρήμῳ τὸν Ἰωάννην διάγειν· ἵνα μὴ διὰ φιλίαν ἢ ἐκ κατασκευῆς τινος τοιαύτης ἡ μαρτυρία γίνεσθαι δόξῃ· ἀλλ' ὡς παρὰ τοῦ Θεοῦ μαθὼν οὕτως αὐτὸν καταγγείλῃ. διὰ τοῦτό φησι· κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν. πόθεν οὖν ἔμαθες; ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπε· τί σοι εἶπεν; ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν καὶ μένων ἐπ' αὐτόν, αὐτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ. ὁρᾷς ὅτι διὰ τοῦτο ἦλθεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐχ ὡς τότε πρῶτον ἐπιφοιτῆσαν· ἀλλ' ἵνα δείξῃ τὸν κηρυττόμενον ὥσπερ δακτύλῳ τινὶ τῇ πτήσει πᾶσιν αὐτὸν γνώριμον ποιοῦν· διὰ τοῦτο τοίνυν ἦλθεν ἐπὶ τὸ βάπτισμα. καὶ δι' ἑτέραν δὲ αἰτίαν, ἣν αὐτός φησι· ποίαν δὴ ταύτην; τοῦ Ἰωάννου εἰπόντος, ἐγὼ

dicere Christo videretur, ita disposuit Spirit⁹ gratia, vt omnem ætatem Ioannes ageret in deserto: ne amicitiæ caussa aut ex composito taliue quoddā artificio perhiberi testimonium videretur: sed tanquā à Deo admonitus eū renuntiaret. Propterea & ego, inquit nesciebā eum. vnde igitur didicisti? Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Quid tibi dixit? Super quem videris Spiritum descendētem quasi columbam & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Vides idcirco venisse Spiritum sanctum, non quasi tum primū adueniret, sed vt eum, qui prædicabatur, quasi intento digito volatu ipsa monstraret, omnibusq; notū redderet. Hac igitur de caussa ad baptismū venit. Et verò aliam ob causam q̃ ipse dicit. quanā illa porrò est? Cùm dixisset Ioannes, Ego

debeo à te baptizari, & tu venis ad me, respondit ipse dicens, Sine modò, sic enim decet nos implere omnem iustitiã. Vidisti modestiam famuli? vidisti domini humilitatẽ? quid tandem est, Implere omnem iustitiam? Iustitia dicitur omniũ Dei mandatorum adimpletio. vt cũ ait: Erant iusti ambo incedẽtes in mandatis Domini sine querela. quando igitur iustitiam istam implere homines oportebat omnes, nemo autem illam perfecit nec expleuit, cùm venisset Christus, hanc iustitiam implet. Quænam porrò hæc est iustitia, dicet aliquis, baptizari? Prophetæ parere iustitia erat: vt igitur circumcisus est & sacrificium obtulit, & sabbata obseruauit & Iudaicas festiuitates impleuit: ita & hoc quod restabat adiũxit, vt propheta baptizãti obediret.

χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; αὐτὸς ἀπεκρίνατο λέγων· ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. εἶδες συγγνωμοσύνην οἰκέτου; εἶδες ταπεινοφροσύνην δεσπότου; τί ποτέ ἐστι πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην; δικαιοσύνη λέγεται τῶν ἐντολῶν πασῶν ἡ πλήρωσις· ὥσπερ ὅταν λέγῃ· ἦσαν ἀμφότεροι δίκαιοι πορευόμενοι ἐν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ κυρίου ἄμεμπτοι· ἐπεὶ οὖν ἔδει πληρῶσαι τὴν δικαιοσύνην ταύτην τοὺς ἀνθρώπους ἅπαντας· οὐδεὶς δὲ αὐτὴν ἀπήρτισεν οὐδὲ ἐπλήρωσεν, ἐλθὼν ὁ Χριστὸς πληροῖ τὴν δικαιοσύνην ταύτην. καὶ ποία δικαιοσύνη φησὶ, τὸ βαπτισθῆναι; τὸ τῷ προφήτῃ πεισθῆναι δικαιοσύνη ἦν. ὥσπερ οὖν περιετέμνετο καὶ θυσίαν ἀπήνεγκε καὶ σάββατα ἐτήρησε, καὶ ἑορτὰς ἐπλήρωσεν Ἰουδαϊκὰς, οὕτω καὶ τοῦτο λειπόμενον προσέθηκε τὸ πεισθῆναι προφήτῃ βαπτίζοντι.

ἐπεὶ γὰρ Θεοῦ βούλημα ἦν τὸ βαπτίζεσθαι πάντας, τότε ἄκουσον τί φησιν ὁ Ἰωάννης· ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι· καὶ πάλιν ὁ Χριστός· οἱ τελῶναι καὶ ὁ ὄχλος ἐδικαίωσαν τὸν θεὸν βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα Ἰωάννου· οἱ δὲ Φαρισαῖοι καὶ οἱ γραμματεῖς ἠθέτησαν τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ μὴ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτοῦ· εἰ τοίνυν τῷ Θεῷ πείθεσθαι δικαιοσύνη· ὁ δὲ Θεὸς ἔπεμψε τὸν Ἰωάννην ὥστε βαπτίσαι τὸν λαόν, μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων νομικῶν καὶ τοῦτο ἐπλήρωσεν ὁ Χριστός. ὑπόθου τοίνυν διακόσια δηνάρια τοῦ νόμου τὰς ἐντολὰς εἶναι· τοῦτο τὸ χρέος ἔδει τὸ γένος τὸ ἡμέτερον καταβαλεῖν. οὐ κατεβάλομεν· κατεῖχεν ἡμᾶς ὁ θάνατος ὑπευθύνους ὄντας τοῖς ἐγκλήμασι τούτοις· ἐλθὼν ὁ Χριστὸς καὶ εὑρὼν ἡμᾶς κατεχομένους κατέβαλε τὸ χρέος· ἐπλήρωσε τὸ ὄφλημα· ἐξήρπασε τοὺς οὐκ ἔχοντας δοῦναι. διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε,

Nam vt Dei voluntatem fuisse scias, vt tum baptismũ susciperent omnes, audi quid dicat Ioannes; Qui misit me baptizare in aqua, & rursus Christus, Publicani & turba iustificauerunt Deum baptizati baptismo Ioannis. Pharisæi autem & scribæ consilium Dei spreuerunt non baptizati ab eo. si ergo iustitia est Deo parere, Deus autem Ioannẽ misit, vt populum baptizaret, cum cæteris legis præceptis hoc etiã Christus impleuit. Finge igitur ducẽtos esse denarios mandata legis; hoc debitum genus nostrũ persoluere oportebat: non persoluimus: coercebat nos mors obnoxios istis criminibus; cũ venisset Christus nosq; coërcitos offendisset, æs alienum dissoluit, debitum illud impleuit, & eos qui soluendo non erant liberauit abreptos. Idcirco non dixit,

decet nos hoc vel illud facere, sed implere omnem iustitiam. Me dominũ decet, inquit, qui habeo ꝓ iis, qui non habent, persoluere. hæc est baptismatis occasio, vt legem omnem videatur implere, & hæc, & illa, quæ ante istã est allata. Quapropter & spiritus in specie columbæ descẽdit: vbi enim est reconciliatio Dei, ibi & columba: nam & arcæ Noë tempore ramum gestans oliuæ columba venit diuinæ benignitatis signum tempestatisq; sedatæ. nũc quoque in specie columbæ non in corpore, hoc enim sedulò notandum est, venit Spiritus Dei denuntians misericordiam orbi terrarũ, simulq́ue virum spiritualem designans innocentem ac simplicem miniméque malum esse oportere: quẽadmodum & Christus ait, Nisi conuersi fueritis & efficiami sicut paruuli, non

πρέπον ἐστὶν ἡμῖν ποιῆσαι τὸ καὶ τὸ, ἀλλὰ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. ἐμοὶ τῷ δεσπότῃ πρέπον ἐστί, φησὶ, τῷ ἔχοντι καταβαλεῖν ὑπὲρ τῶν οὐκ ἐχόντων· αὕτη ἡ αἰτία τοῦ βαπτίσματος· ἵνα δόξῃ τὸν νόμον ἅπαντα πληροῦν, καὶ αὕτη καὶ ἡ περὶ ταύτης εἰρημένη. διὸ καὶ τὸ πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς κάτεισιν· ὅπου γὰρ καταλλαγὴ Θεοῦ, περιστερά· καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ τῆς ἐπὶ Νῶε φέρουσα κλάδον ἐλαίας ἦλθε περιστερὰ· σύμβολον τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, καὶ τῆς τοῦ χειμῶνος ἀπαλλαγῆς· καὶ νῦν ἐν εἴδη περιστερᾶς οὐκ ἐν σώματι. δεῖ γὰρ ἀσφαλῶς ταῦτα εἰδέναι· τὸ πνεῦμα ἔρχεται τὸν ἔλεον τοῦ Θεοῦ καταγγέλλον τῇ οἰκουμένῃ, ἅμα καὶ δηλοῦν ὅτι τὸν πνευματικὸν ἄνδρα ἀπόνηρόν τινα εἶναι χρὴ καὶ ἁπλοῦν καὶ ἄκακον· καθάπερ καὶ ὁ Χριστὸς φησίν· ἐὰν μὴ στραφῆτε καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ

εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ἐκείνη μὲν οὖν ἡ κιβωτὸς τοῦ χειμῶνος λυθέντος ἔμεινεν ἐπὶ τῆς γῆς· αὕτη δὲ ἡ κιβωτὸς τῆς ὀργῆς λυθείσης εἰς τὸν οὐρανὸν ἡρπάζετο, καὶ νῦν ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς τὸ ἄμωμον ἐκεῖνο καὶ ἀκήρατον σῶμα. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ σώματος ἐμνήσθην δεσποτικοῦ, ἀναγκαῖον πρὸς ὑμᾶς μικρὰ περὶ τούτου διαλεχθέντας καταπαῦσαι τὸν λόγον· οἶδα ὅτι πολλοὶ πάλιν διὰ τὴν τῆς ἑορτῆς συνήθειαν τῇ ἱερᾷ ταύτῃ προσδραμοῦνται τραπέζῃ. ἔδει μὲν οὖν ὡς καὶ πολλάκις ἔφθην εἰπὼν, μὴ ἑορτὰς παρατηρεῖν ἡνίκα ἂν δέοι κοινωνεῖν, ἀλλὰ τὸ συνειδὸς καθαίρειν, καὶ τότε τῆς ἱερᾶς ἅπτεσθαι θυσίας. ὁ μὲν γὰρ ἐναγὴς καὶ ἀκάθαρτος οὐδὲ ἐν ἑορτῇ δίκαιος ἂν εἴη μετέχειν τῆς ἁγίας ἐκείνης καὶ φρικώδους σαρκός· ὁ δὲ καθαρὸς καὶ διὰ μετανοίας ἀκριβοῦς ἀποσμηξάμενος τὰ

intrabitis in regnum cælorum. Atq; illa quidem arca tempestate sedata mãsit in terris, hæc verò arca diuina iracundia sedata in cœlum abrepta est, & nunc in dextera patris immaculatum, illud & impollutũ est corpus. Verumenim[...]ero quando de Domini corpore facta est mentio, opera pretium, est vt vbi de eo pauca apud vos disseruero orationi finẽ imponam. Scio quàm plurimos rursus ex festi cõsuetudine ad sacrã hanc mensam accurrere. sanè quidem expediret, id quod alias sæpè dixi, vt festa nequaquam obseruarentur, quando communicare opus esset: sed vt cõscientia mundaretur, ac tum sanctum istud sacrificium attingeretur. qui enim piacularis est & immũdus, ne in festo quidem æquum est vt sanctæ illius ac tremẽdæ carnis particeps fiat: qui verò mundus est, & exacta pœnitentia

πλημ-

delicta absterserit, cùm in festiuitate, tũ semper dignus fuerit, qui mysteriis diuinis communicet, ac Dei donis perfruatur. Sed quoniam hoc nescio quo pacto neglectum est à quibusdã, multíq; sexcentis scatentes sceleribus cùm aduentare festum viderint, tanquam ab ipsa die protrusi, mysteria sacra contingunt, quæ ne oculis quidem vsurpari ab his, qui ita fuerint affecti, fas est: eos quidem, qui manifesti sunt nobis, planè arcebimus: eos verò qui nobis ignoti sunt, Deo relinquamus, qui mẽtis cuiusq; secreta nouit: id quidẽ certè in quo ab omnib. apertè peccatur, hodie conabimur emendare. Quodnã igitur illud peccatum est? quod cum horrore ac tremore nõ accedamus, sed calcib. impetentes, percutientes, ira turgẽtes, clamãtes, cõuicientes, proximũ trudentes, pturbatione repleti. hæc & sæpe dixi,

πλημμελήματα, καὶ ἐν ἑορτῇ καὶ ἀεὶ δίκαιος ἂν εἴη μετέχειν τῶν θείων μυστηρίων, καὶ ἀπολαύειν ἂν εἴη ἄξιος τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο οὐκ οἶδα πῶς παρῶπταί τισιν, καὶ μυρίων πολλοὶ γέμοντες κακῶν ὅτε τὴν ἑορτὴν ἴδωσιν παραγινομένην, ὡς ὑπ' αὐτῆς ὠθούμενοι τῆς ἡμέρας, ἅπτονται τῶν ἱερῶν μυστηρίων, ἃ μηδ' ἰδεῖν οὕτω διακειμένους θέμις· τοὺς μὲν δήλους ἡμῖν αὐτοὶ πάντως ἡμεῖς ἀπείρξομεν, τοὺς δὲ ἀγνώστους ἡμῖν τῷ Θεῷ καταλείψωμεν τῷ τὰ ἀπόρρητα τῆς ἑκάστου διανοίας εἰδότι. τὸ γοῦν φανερῶς ἁμαρτανόμενον παρὰ πάντων πειρασόμεθα διορθῶσαι τήμερον. τί οὖν ἐστι τὸ ἁμάρτημα; τὸ μὴ μετὰ φρίκης προσιέναι, ἀλλὰ λακτίζοντας, τύπτοντας, θυμοῦ γέμοντας, βοῶντας, λοιδοροῦντας, τοὺς πλησίον ὠθοῦντας, ταραχῆς ἐμπεπλησμένους. ταῦτα καὶ πολλάκις εἶπον

καὶ

καὶ λέγων οὐ παύσομαι. οὐχ ὁρᾶτε ἐπὶ τῶν ὀλυμπίων ἀγώνων ὅταν ἀγωνοθέτης διὰ τῆς ἀγορᾶς βαδίζῃ, στέφανον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχων, στολὴν ἀναβεβλημένος, ῥάβδον ἐν τῇ χειρὶ κατέχων, ὅση ἡ εὐταξία τοῦ κήρυκος βοῶντος ἡσυχίαν εἶναι μετ' εὐκοσμίας; πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἔνθα μὲν ὁ διάβολος πομπεύει, τοσαύτην εἶναι τὴν ἡσυχίαν· ἔνθα δὲ ὁ Χριστὸς πρὸς ἑαυτὸν καλεῖ, πολὺν εἶναι τὸν θόρυβον; ἐν ἀγορᾷ ἡσυχία, καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ κραυγή· ἐν πελάγει γαλήνη, καὶ ἐν λιμένι κύματα. τί θορυβῇ εἰπέ μοι ἄνθρωπε; τί δὲ ἐπείγῃ; πραγμάτων ἀνάγκη σε καλεῖ πάντως; ὅλως γὰρ οἶδας ὅτι πράγματα ἔχεις κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην; μέμνησαι γὰρ ὅλως ὅτι ἐπὶ τῆς γῆς εἶ, νομίζεις δὲ μετὰ ἀνθρώπων εἶναι, καὶ πῶς οὐχὶ λιθίνης ταῦτα διανοίας· τὸ νομίζειν κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐπὶ γῆς ἑστάναι, ἀλλ' οὐ

& dicere nõ cessabo. Nónne videtis in Olympicis certaminibus dum capite coronam gestans, amictus stola, virgam manu tenens Agonotheta per forum incedit, quanta sit tranquillitas ac modestia, dum præco voce denũtiat, vt omnes sileant ac decenter quiescant? Cui nõ igitur absurdum videatur, vt vbi triumphat diabolus, trãquillitas tanta sit ac silentium; vbi verò Christus ad se vocat, tumultus plurimus audiatur? In foro silentiũ, & in Ecclesia clamor: in pelago tranquillitas, & in portu tempestas. Quid tumultuaris dic q̃so mi homo? quid te vrget? negotiorũ nimirum auocat te necessitas. an verò tu vlla tibi hora illa esse negotia arbitraris? an tu te omnino in terris esse meministi? an te cum hominib. versari censes? quis hoc non saxea mentis esse dicat illo se tempore in terris consistere arbitrari.

trari, non cum angelis choreas ducere, cum quib. mysticum illum hymnum pronuntiasti; cum quibus Deo canticum illud triumphale cecinisti? Propterea nos aquilas Christus appellauit, cùm dixit, vbi cadauer, ibi & aquilæ; vt in cœlū ascendamus, vt in altū euolemus spiritus pennis subuecti. At nos contrà serpentū in morē humi serpim⁹, terramq; manducamus. Vultis dicā vnde tumultus & clamor oriatur? quòd nō tóto sacri tempore vobis fores occludamus, sed ante postremam gratiarum actionē resilire vos, domumq; redire patiamur, quod & ipsum non mediocrē contemptum habet. Quid facis mi homo? præsente Christo, astantib. angelis; proposita ista tremenda mensa, dum adhuc fratres tui sacrū operantur & in mysteriis adhuc versantur, tu relictis illis abscedis? At qui ad prandium quidē

μετὰ ἀγγέλων χορεύειν, μεθ' ὧν τὸ μυστικὸν ἐκεῖνο μέλος ἀνέπεμψας· μεθ' ὧν τὸν ἐπινίκιον ἐκείνην ἀνήνεγκας ᾠδὴν τῷ Θεῷ; διὰ τοῦτο ἀετοὺς ἡμᾶς ὁ Χριστὸς ἐκάλεσεν εἰπών, ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ καὶ οἱ ἀετοί· ἵνα οὐρανοβατῶμεν· ἵνα ὑψηλὰ πετώμεθα τοῖς πτεροῖς τοῦ πνεύματος κουφιζόμενοι. ἡμεῖς δὲ κατὰ τοὺς ὄφεις χαμαὶ συρόμεθα καὶ γῆν ἐσθίομεν. βούλεσθε εἴπω πόθεν ὁ θόρυβος καὶ ἡ κραυγὴ γίνεται; ὅτι οὐ διὰ παντὸς ὑμῖν τὰς θύρας ἀποκλείομεν, ἀλλὰ συγχωροῦμεν πρὸ τῆς ἐσχάτης εὐχαριστίας ἀποπηδᾶν καὶ ἀναχωρεῖν οἴκαδε· ὃ καὶ αὐτὸ πολλῆς ἂν εἴη καταφρονήσεως· τί ποιεῖς ἄνθρωπε; τοῦ Χριστοῦ παρόντος, τῶν ἀγγέλων παρεστώτων, τῆς φρικτῆς ταύτης τραπέζης προκειμένης, τῶν ἀδελφῶν σου μυσταγωγουμένων ἔτι, αὐτὸς καταλιπὼν ἀποπηδᾷς; καὶ ἐπὶ δεῖπνον μὲν εἰ κληθῇς, κἂν

πρότε-

πρότερον κορεσθῇς, οὐ τολμᾷς τῶν ἄλλων ἀνακειμένων ἀναχωρῆσαι πρὸ τῶν φίλων αὐτός· ἐνταῦθα δὲ τῶν φρικτῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων ἐπιτελουμένων, τῆς ἱερᾶς τελετῆς συνεστώσης ἔτι, καταλιμπάνεις ἐν μέσῳ πάντα καὶ ἀναχωρεῖς; καὶ ποῦ ταῦτα συγγνώμης ἄξια; ποίας δὲ ἀπολογίας; βούλεσθε εἴπω τίνος ἔργον ποιοῦσιν οἱ πρὸ τῆς συμπληρώσεως ἀναχωροῦντες, τὰς εὐχαριστηρίους ᾠδὰς οὐκ ἐπιφέροντες τῷ τέλει τῆς τραπέζης; τάχα φορτικόν ἐστι τὸ μέλλον ῥηθήσεσθαι, ἀλλ' ὅμως ἀναγκαῖον λεχθῆναι διὰ τὴν τῶν πολλῶν ῥᾳθυμίαν. ὅτε ἐκοινώνησε τὸ ἔσχατον δεῖπνον ὁ Ἰούδας τὸ κατὰ τὴν τελευταίαν νύκτα ἐκείνην, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνακειμένων αὐτὸς προπηδήσας ἐξέβη· ἐκεῖνον μιμοῦνται καὶ οὗτοι πρὸ τῆς ἐσχάτης ἀποπηδῶντες εὐχαριστίας. ἐκεῖνος γὰρ εἰ μὴ ἐξῆλθεν, οὐκ ἂν

si vocatus fueris, tametsi prius saturatus sis, recūbentibus cęteris nō audes ante amicos discedere: hic verò dum Christi mysteria celebrātur, dum sanctum illud sacrificiū peragitur adhuc, omnia in medio derelinqs & abscedis? quis hac tandem venia digna cēsuerit, defensione purgarit? Vultis dicā cuiusnā opus perficiāt illi qui ante complemētum finemq; discedūt, neq; cœna absoluta gratiarū actionū offerunt hymnos? durū fortasse odiosumq; videbitur quod sum dicturus, sed necesse est tamen ob vulgi negligentiā dicatur. Quando vltimæ cœnæ cōmunicauit Iudas nocte illa postrema; cęteris omnibus recumbentibus, ipse se proripiens excessit. illū imitantur & isti qui ante vltimam gratiarum actionē discedunt. nisi enim exiisset ille, proditor factus non esset: nisi condiscipulos deseruisset, non periis-

periisset; nisi seipsum extra ouile proripuisset, non eum lupus solū offendisset, atq; deuorasset; nisi seipsum à pastore segregasset, belluæ præda factus nō esset. Idcirco nimirū ille cum Iudæis, isti verò cū Domino hymno dicto exierūt. Vides vt extrema illa post sacrificium oratio ad illud fiat exemplū? Nunc igitur hæc mente versemus: hæc apud nos cogitemus, & huic propositam sceleri damnationem reformidemus. Ipse suā tibi carnem largitur, at tu ne verbis quidem eum remuneraris, neq; pro iis quæ accepisti gratias agis? atqui dum hoc corporeo vesceris cibo, post mēsam ad orationem te cōuertis: dum verò spiritualis & omnem creaturam cùm eam quæ cernitur, tum eā quæ sub oculos minimè cadit, excedētis sis particeps, tametsi homo sis & vilis naturæ, non expectas vt gratias agas & verbis & factis? quid est aliud extremo

ἐγένετο προδότης· εἰ μὴ κατέλιπεν τοὺς συμμαθητάς, οὐκ ἂν ἀπώλετο· εἰ μὴ τῆς ἀγέλης ἑαυτὸν ἀπέρριψεν, οὐκ ἂν αὐτὸν εὗρεν ὁ λύκος μόνον, καὶ κατέφαγεν· εἰ μὴ τοῦ ποιμένος ἑαυτὸν ἐχώρισεν, οὐκ ἂν θηριάλωτος γέγονεν. διὰ δὴ τοῦτο ἐκεῖνος μὲν μετὰ Ιουδαίων· οὗτοι δὲ μετὰ τοῦ δεσπότου ὑμνήσαντες ἐξῆλθον. ὁρᾷς ὅτι ἡ ἐσχάτη μετὰ τὴν θυσίαν εὐχὴ κατ᾽ ἐκεῖνον γίνεται τὸν τύπον; καὶ νῦν ταῦτα ἐννοῶμεν, ταῦτα λογιζώμεθα, φοβούμενοι τὸ κείμενον ἐπὶ τοῦτο κρίμα. αὐτός σοι τῆς σαρκὸς μεταδίδωσι· σὺ δὲ οὐδὲ λόγοις αὐτὸν ἀμείβῃ; οὐδὲ εὐχαριστεῖς ὑπὲρ ὧν ἔλαβες; ἀλλὰ σωματικῆς μὲν τροφῆς ἀπολαύων μετὰ τὴν τράπεζαν ἐπὶ εὐχὴν τρέπῃ, πνευματικῆς δὲ καὶ ὑπερβαλλούσης τὴν κτίσιν ἅπασαν τὴν ὁρατὴν καὶ τὴν ἀόρατον μετέχων, ἄνθρωπος ὢν καὶ τῆς εὐτελοῦς φύσεως, οὐ μένεις εὐχα-

ειςῶν

ειςῶν καὶ ῥήμασι καὶ πράγμασι. καὶ πῶς οὐκ ἐσχάτης ταῦτα κολάσεως ἄξια; ταῦτα λέγω οὐχ ἵνα ἐπαινῆτε μόνον, οὐδ᾽ ἵνα θορυβῆτε καὶ κράζητε, ἀλλ᾽ ἵνα ἐπὶ τοῦ καιροῦ τούτων μεμνημένοι τῶν ῥημάτων τὴν προσήκουσαν εὐταξίαν ἐπιδείξησθε. μυστήρια καὶ λέγεται καὶ ἔστιν· ἔνθα δὲ μυστήρια, πολλὴ σιγή. μετὰ πολλῆς τοίνυν τῆς σιγῆς, μετὰ πολλῆς τῆς εὐταξίας, μετὰ τῆς προσηκούσης εὐλαβείας, τῆς ἱερᾶς ταύτης ἁπτώμεθα θυσίας, ἵνα εἰς πλείονα τὴν εὔνοιαν τὸν θεὸν ἐπισπασώμεθα, καὶ τὴν ψυχὴν ἐκκαθαίρωμεν καὶ τῶν αἰωνίων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, καὶ ἡ προσκύνησις τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

supplicio sese obnoxiũ reddere? Hæc ego dico non vt laudetis solum, neq; vt tumultuemini & clametis, sed vt cùm tẽpus exegerit, horum memores verborum conuenientem modestiam præ vobis feratis. mysteria & dicũtur & sunt; vbi verò sunt mysteria, multum silentium est: cum multo ergo silentio, cũ multa modestia decentiq; reuerentia sanctum hoc sacrificium attingamus, vt maiorem nobis Dei beneuolentiam conciliemus & animã perpurgemus æternáque bona consequamur, quæ, nos oẽs vt obtineamus, faxit gratia & benignitas Domini nostri Iesu Christi cum quo gloria, & imperium, & adoratio Patri, ac Spiritui sancto, nunc & semper & in secula seculorum.

Amen.

Laus DEO Virginíque Matri.

ERRATA.

Adde.

Pag.5.col.2.verſ.vlt.afficiuntur. p.6.c.1. v.16.lana à tinea; p.23. c.2. v.25. quæ manipulum farinæ duntaxat habebat,itemque illa. p.35. c.2. v.10.corpora. ibid.v.17.ea. p.40.c.1.v.8.quemadmodum illos vultus ſol calidiorib. emiſſis radiis. p.126. c.1. v.15. Tollamus ergo ſemper principia peccatorum.

Deme.

P.9.c.2.v.13.illum.

Muta ſic.

P.12.c.2.v.19. φεικωδέστατον, p.51.c.2.v.1.quibus. p.68.c.1. v.21.caminus. p.73. c.2. v.21.fraudati. p.94. c.1.v.pen, pro(miles) lege (dux.) p.99.c.2. v.20. quapiam. p.102. v.antepen.& vlt.ἀλυσιαν,illuuiem. p.104.c.1.v.18. (triſtitia) pro (iuſtitia.) p.108. c.2. v.vlt. δαιμονῶντός ἐστιν ἀθλιώτερος. p.156.c.2.v.12.καταλλαγὴ θεῦ.